BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inw. 256
INKUNABUŁY

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI HISTORIARVM INITIVM AD AVRELIVM AVGVSTINVM.

RAECEPTIS tuis parui beatiſſime pater Auguſtine, atque utinã tã efficaciter: quam libẽter, quanquã ego in utranuis partẽ pañ de explicito mouear: rectene: an ſecus egerĩ. Tu enim iã iſto iudicio laboraſti: utrũne hoc: quod præciperes poſſem. Ego aũt ſolius obedientiæ: ſi tamen eam uolũtate conatuque decoraui: teſtimoio cõtẽtus ſum. Nã & ĩ magna magni patriſſamilias domo cum ſint multa diuerſi generis aĩalia adiumento familiaris rei commoda: non eſt tamen canũ cura poſtrema: quibus ſolis natura inſitũ eſt: uoluntarie ad id: quo præparantur: urgeri: & p ingẽitã quãdã obediẽtiæ formulã ſola diſciplinati trẽoris expectatiõe ſuſpẽdi: donec ad pagẽdi licẽtiã nutu ſignoue mittãtur. Habẽt enĩ proprios appetitus: quãtũ brutis excellẽtiores: tãtũ rationabilibus ꝓpiquãtes: hoc ẽ diſcernere/amare/ſeruire. Nã diſcernẽtes inter dominos atq̃ extraneos non eos: quos inſectãtur: oderunt: ſed ꝓ his: quos amant/zelant. & amãtes dominũ ac domũ nõ q̃ſi ex natura apti corporis uigilãtes: ſed ex cõſcientia ſolliciti amoris inuigilãt. Vnde etiam myſtico ſacramento in euangeliis: quod edant micas catelli ſub menſa dominorum & Chananæa mulier non erubuit dicere: & dominus non faſtidiuit audire. Beatus etiam Tobias ducem ãgelum ſequens canẽ comitẽ habere non ſpreuit. Igitur generali amori tuo ſpeciali amore cõnexus uolũtati tuæ uolẽs parui. Nam: cum ſubiectio mea præcepto paternitatis tuæ factum debeat: totumque tuum ſit: quod ex te ad te redit: opus meũ hoc ſolo cumulatius reddidi: quod libens feci. Præceperas mihi: uti aduerſus uaniloquã praui/tatem eorum: qui alieni a ciuitate dei ex locorũ agreſtium compitis & pagis pagani uocãtur: ſiue gentiles: quia terrena ſapiunt: qui cum futura nõ quærãt: præterita aut obliuiſcantur: aut neſciant: præſentia tamen tẽpora: ueluti malis extra ſolitum infeſtatiſſima: ob hoc ſolum: quod creditur chriſtus: & colitur deus: idola autem minus coluntur: infamant. præceperas ergo: ut ex omĩbus: quæ haberi ad præſens poſſunt hiſtoriarum atque annalium faſtis: quæcunq̃ aut bellis grauia: aut corrupta morbis: aut fame triſtia: aut terrarũ motibus terribilia: aut inundationibus aquarũ inſolita: aut eruptionibus igniũ metuẽda: aut ictibus fulminum plagiſque grandinum ſæua: uel etiã parricidiis flagitiiſq̃ miſera ꝓ trãſacta retro ſæcula repperiſſem: ordinato breuiter uoluminis textu

Inc. 258

4367 d
=
40

40190

adh. Paulus Orosius 1475

KOENIGLICHE UNIVERSITÆTS BIBLIOTHEK ZU BERLIN
AUS DER
BIBLIOTHEK
DER
BRÜDER
JACOB UND WILHELM
GRIMM.
1865.

BIBLIOTEKA
VNIWERSYTECKA
W POZNANIV

Sum Octaviani Sch.

KÖNIGL. UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK BERLIN.

H* 12099

editio Orosii vicentina (1475)
eaque rarissima

emi Casselli 1819
ex auctione Pideritiana
Grimm.

SCIAS VELIM HVMANISSIME
LECTOR: AENEAM VVLPEM
VICENTINVM PRIOREM SAN
CTAE CRVCIS ADIVTORE
LAVRENTIO BRIXIENSI HIS
TORIAS PAVLI OROSII: QVAE
CONTINENTVR HO CCODICE:
QVAM ACCVRATISSIME PO/
TVIT: CASTIGASSE: CVI NON
IMPROBANDO SANE LABORI
SIQVID EX INGENIO TVO
VEL MELIVS: VEL APTIVS AD
DENDVM PVTABIS: ID HONO
RE EIVS INTEGRO FACIAS:
OBSECRO: QVOD EST NON
INGRATI ANIMI OFFICIVM.

121590 C (M)
N. 5280088

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI HISTORIARVM INITIVM AD AVRELIVM AVGVSTINVM.

RAECEPTIS tuis parui beatiſſime pater Auguſtine, atque utinã tã efficaciter: quam libẽter, quanquã ego in utranuis partẽ paꝝ de explicito mouear: rectene: an ſecus egerĩ. Tu enim iã iſto iudicio laboraſti: utrũne hoc: quod præciperes poſſem. Ego aũt ſolius obedientiæ: ſi tamen eam uolũtate conatuque decoraui: teſtimoio cõtẽtus ſum. Nã & ĩ magna magni patriſſamilias domo cum ſint multa diuerſi generis aĩalia adiumento familiaris rei commoda: non eſt tamen canũ cura poſtrema: quibus ſolis natura inſitũ eſt: uoluntarie ad id: quo præparantur: urgeri: & ꝑ ingẽitã quãdã obediẽtiæ formulã ſola diſciplinati trẽoris expectatiõe ſuſpẽdi: donec ad pagẽdi licẽtiã nutu ſignoue mittãtur. Habẽt enĩ proprios appetitus: quãtũ brutis excellẽtiores: tãtũ rationabilibus ꝓpiquãtes: hoc ẽ diſcernere, amare, ſeruire. Nã diſcernẽtes inter dominos atq̃ extraneos non eos: quos inſectãtur: oderunt: ſed ꝑ bis: quos amant, zelant. & amãtes dominũ ac domũ nõ q̃ſi ex natura apti corporis uigilãtes: ſed ex cõſcientia ſolliciti amoris inuigilãt. Vnde etiam myſtico ſacramento in euangeliis: quod edant micas catelli ſub menſa dominorum & Chananæa mulier non erubuit dicere: & dominus non faſtidiuit audire. Beatus etiam Tobias ducem ãgelum ſequens canẽ comitẽ habere non ſpreuit. Igitur generali amori tuo ſpeciali amore cõnexus uolũtati tuæ uolẽs parui. Nam: cum ſubiectio mea præcepto paternitatis tuæ factum debeat: totumque tuum ſit: quod ex te ad te redit: opus meũ hoc ſolo cumulatius reddidi: quod libens feci. Præceperas mibi: uti aduerſus uaniloquã prauitatem eorum: qui alieni a ciuitate dei ex locorũ agreſtium compitis & pagis pagani uocãtur: ſiue gentiles: quia terrena ſapiunt: qui cum futura nõ quærat: præterita aut obliuiſcantur: aut neſciant: præſentia tamen tẽpora: ueluti malis extra ſolitum infeſtatiſſima: ob hoc ſolum: quod creditur chriſtus: & colitur deus: idola autem minus coluntur: infamant. præceperas ergo: ut ex omĩbus: quæ haberi ad præſens poſſunt biſtoriarum atque annalium faſtis: quæcunq̃ aut bellis grauia: aut corrupta morbis: aut fame triſtia: aut terrarũ motibus terribilia: aut inundationibus aquaꝝ inſolita: aut eruptionibus igniũ metuẽda: aut ictibus fulminum plagiſque grandinum ſæua: uel etiã parricidiis flagitiiſq̃ miſera ꝑ trãſacta retro ſæcula repperiſſem: ordinato breuiter uoluminis textu

Inc. 258

explicarem: maxime cum reuerentiam tuam perficiendo aduersum hos ipsos paganos. xi. libro insistentem: quorum iam. x. orientes radii mox: ut de specula ecclesiasticæ claritatis elati sunt: toto orbe fulserunt: leui opusculo occupari nõ oporteret: & sanctus filius tuus Iulianus Carthaginẽsis seruus dei satis fieri super hac re petitioni suæ eadem fiducia: qua popoſcit: exigeret: dedi operã. & me ipsum in primis confusione pressi: cui plerũque reputati supra modum ex æstuauisse præsentium clades temporũ uidebãtur. Nactus sum enĩ præteritos dies non solum æque: ut hos graues: uerum etiam tanto atrocius miseros: q̃to longius a remedio ueræ religionis alienos: ut merito hac scrutatione claruerit regnasse mortem auidam sanguinis/dum ignoratur religio: quæ prohiberet a sanguine. Ista illucescente illam constupuisse. illam concludi: cum ista iam prævalet. illam penitus nullam futuram: cum hæc sola regnauit: exceptis u idelicet semotisque illis diebus nouissimis sub fine sæculi / & sub apparitione antichristi: uel etiam sub conclusione iudicii: quibus futuras angustias: quales ante non fuerant/dominus christus per scripturas sacras sua etiã cõtestatione prædixit. cum secundũ ipsum quidem: qui & nũc/& semper est/modũ: uerum apertiore ac grauiore discrimine per intolerabiles tribulationes temporũ illorũ sanctos probatio: impios perditio consequetur. Et quoniam omẽs ꝑpemodũ tam apud Græcos: quam apud Latinos studiosi ad scribẽdum uiri: qui res gestas rerum populorũq̃ ob diuturnam memoriã uerbis propagauerũt: initium scribẽdi a Nino Beli filio rege Assyriorum fecerunt: qui cum opinione cæca mũdi originem/ creaturamque hominũ sine initio credi uelint: cœpisse tamẽ ab hoc regna bellaque definiunt: quasi uere eatenus humanum genus ritu pecudum uixerit. & tunc primum: ueluti ad nouam prouidentiam concussum suscitatumque uigilauerit.

De miseria hominum per peccata ab initio. Cap. 1.

Ego initium miseriæ hominum ab initio peccãtis homis ducere e institui: paucis duntaxat iisdemque breuiter delibatis. Sũt autẽ ab Adam primo homine usque ad Ninum magnum: ut dicunt/ regem: quando natus est Abraam: anni tria milia .xxxiiii: qui ab omnibus historiographis uel omissi: uel ignorati sunt. A Nino aũt uel Abraã usque ad Cæsarẽ Augustũ: idest usque ad natiuitatem christi: quæ fuit anno imperii Cæsaris. xlii: cum facta pace cum Parthis Iani portæ clausæ sunt: & bella toto orbe cessarunt: colliguntur anni duo milia. xv: in quibus inter se auctores scriptoresque omnium ocia negociaque triuerũt. Quapropter res ipsa exigit ex his libris quambreuissime uel pauca attingere: qui originem mũdi loquentes præteritorũ fidem ãnuntiatione futurorũ: & post subsequa ꝑbatiõe

fecerunt:non quo auctoritatẽ eorꝝ cuiquã uideamur ingerere: ſed quod opæ precium ſit de opinione uulgata:quæ nobis cum omnibus cõmunis ẽ cõmonere. Primum:quia:ſi diuina prouidentia: quæ ſicut bona ita pia & iuſta eſt: agitur homo & mundus:hominem autem / qui conuertibilitate naturæ & libertate licentiæ infirmus & contumax eſt: ſicut pie gubernare egenum opis oportet:ita iuſte corripi immoderatæ libertatis neceſſe eſt:iure ab initio hoīs per bona malaque alternãtia exerceri hunc mundũ ſentit quiſquis per ſe atque in ſe humanum genus uidet. Deinde cum ab ipſo primo homine peccatũ punitioque peccati cœpiſſe doceamur: porro autem cum etiam iſti de mediis temporibus incohantes:quanuis ſuperiorꝝ nuſquã meminerint:nihil niſi bella cladeſque deſcripſerint:quæ bella quid aliud dicenda ſunt. niſi urgẽtia i alterutrum mala?mala autem huiuſmodi:quæ tunc erant:ſicut & nũc ſunt:iquãtũ ſunt:ſine dubio aut manifeſta peccata ſunt:aut occultæ punitiões peccatorꝝ: quid impedimenti eſt nos eius rei caput pãdere:cuius illi corpus expreſſerint: & priora illa ſæcula: quæ multo numeroſiora monſtrabimus: uel tenuiſſimo teſtari relatu ſimiles miſerias pertuliſſe?Dicturus igitur ab orbe cõdito uſque ad urbem conditam: debinc uſque ad Cæſaris pricipatũ natiuitatẽq; chriſti: ex quo ſub poteſtate urbis orbis mãſit imperiũ:uel etiã uſque ad dies noſtros: inquantum ad cognitionem uacare ſuffecero:cõflictationes generis humani/ & ueluti per diuerſas partes ardentem malis mundũ:face cupiditatis icenſum e ſpecula oſtẽtaturus:neceſſarium reor: ut primum ipſum terrarum orbem: quem inhabitat humanum genus: ſicut eſt a maioribus trifarie diſtributus: deinde regionibus prouinciiſque determinatus expediã: quo facilius cũ locales bellorum morborumque clades oſtentabuntur:ſtudioſi quique non ſolũ rerũ ac temporum: ſed etiam locorum ſcientiam conſequãtur.

Maiores noſtri in tres partes totũ mundũ diuiſiſſe. Cap 2.

Tres totig orbis

Maiores noſtri orbẽ totius terræ oceani limbo circũſeptũ triquadrũ ſtatuere. eiuſque tres partes Aſiam / Europam/& Aphricã uocauerunt:quanuis aliqui duas:hoc eſt Aſiã:ac deide Aphricã in Europa accipiendam putauerint. Aſia tribus partibus oceão circũcincta per totam tranſuerſi plagam orientis extenditur. Hæc occaſum uerſus a dextera ſui ſub axe ſeptentrionis icipiẽte contingit Europã.a ſiniſtra Aphricam dimittit.ſub Aegypto uero & Syria mare noſtrũ: quod magnũ generaliter dicimus:habet.Europa icipit ſeptentrionalis a flumie Tanai:qua Rhipbæi mõtes Sarmatico auerſi oceano Tanaĩ fundunt fluuium: qui præteriens aras ac terminos Alexãdri magni in Rhobaſcorũ finibus ſitos Mæotidas auget paludes: quarum immenſa exundatio iuxta Theodoſiam urbem

Euxinum pontū late igreditur. Inde iuxta Conſtantinopolim lōge mittūtur anguſtiæ:donec eas mare hoc: quod dicimus noſtrum accipiat. Europæ in Hiſpania occidentalis oceanus terminus eſt maxime ubi apud Gades inſulas Herculis columnæ uiſuntur.& Tyrrheni maris faucibus oceani æſtus imittitur. Aphricæ principium eſt a finibus Aegypti urbiſque Alexandriæ: ubi Parethonium ciuitas ſita eſt ſuper hoc mare magnum: quod omnes plagas terraſque medias interluit. inde per loca: quæ accolæ catabathynon uocant: haud procul a caſtris Alexandri magni:& ſuper lacum Caleartium: deinde iuxta ſuperiorum fines Anaſitarum miſſa in tranſuerſum per Aethiopica'deſerta meridianum cōtingit oceanum'. Termini Aphricæ ad occidentē iidem ſunt: qui & Europæ:id eſt fauces Gaditani freti.ultimus autem finis eius eſt mons Atlas.& inſulæ:quas Fortunatas uocant.Et quia breuiter generales tri partiti orbis diuiſiones dedi:ipſaꝝ quoque partiū regiōes: ſicut pollicitus ſum: ſignificare curabo.Aſia ad mediā frontē orientis habet in oceano Eoo boſtia fluminis Gangis.a ſiniſtra promontorium Caligardamanam:cui ſubmanet ad Eurum inſula Taprobane: ex qua oceanus Indicus uocari icipit.a dextra habens Emodos montes:ubi Caucaſus deficit promōtorium Samarā:cui ad aquilonem boſtia fluminis ſubiacēt Octorogorræ:ex quo oceanus Sericus appellatur.In bis finibus India eſt:quæ habet ab occidēte flumen Indū:quod rubro mari accipitur:a ſeptentrione mōtem Caucaſum.reliqua:ut dixi: Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc habet gentes.xliiii.abſque iſula Taprobane: quæ habet.x.ciuitates.& abſque reliquis inſulis habitabilibus plurimis. A flumine Indo:quod eſt ab oriente uſque ad flumen Tigri:quod eſt ad occaſum: regiones ſunt iſtæ Aracuſia/Parthia/Aſſyria/Perſida/& Media ſitu terrarum montoſo & aſpero.Hæ a ſeptentrione habent montem Caucaſum.a meridie mare rubrum & ſinum Perſicum.in medio autē ſui flumina præcipua Hydaſpē & Arabim. in bis ſunt gentes .xxxii. Sed generaliter Parthia dicitur: quanuis ſcripturæ ſanctæ uniuerſam ſæpe Mediam uocent. A flumine Tigri uſque ad flumen Euphratem Meſopotamia eſt: incipiens a ſeptētrione inter montem Taurum & Caucaſum:cui ad meridiem ſuccedit Babylonia: deide Chaldæa:nouiſſime Arabia.ea demum iter ſinum Perſicum & ſinū Arabicū anguſto terræ tractu orientem uerſus extenditur.In bis ſunt gentes .xxviii. A flumine Euphrate:quod eſt ab oriente uſque ad mare noſtrum: quod eſt ab occaſu:deinde a ſeptentrione id eſt a ciuitate Dacuſa:quæ in confinio Cappadociæ & Armeniæ ſita eſt:haud procul a loco: ubi Euphrates naſcitur uſque ad Aegyptum/& ad extremum ſinum Arabiæ:qui eſt ad meridiē longo anguſtoque ſulco ſaxis inſuliſque creberrimo.a rubro mari id eſt ab oceano occaſum uerſus extenditur:Syria generaliter nominatur: habēs maxias ,puicias Comagenem/Phœniciam & Palæſtinā abſque Saraceis & Nabathæis:quoꝝ

gentes.xii. ſunt. In capite Syriæ Cappadocia eſt: quæ habet ab oriẽte Armeniam. ab occaſu Aſiã. ab aquilone Themiſcirios cãpos & mare Cimmericũ. a meridie Taurum montem: cui ſubiacet Cilicia & Iſauria uſque ad Cilicum ſinum: qui ſpectat contra inſulam Cyprum. Aſia regio uel: ut proprie dicam: Aſia minor abſque orientali parte: qua ad Cappadociam Syriãq; ꝓgreditur: undique circũdata eſt mari. a ſeptentrione ponto Euxino. ab occaſu Propõtide. atque Helleſponto. a meridie mari noſtro: ubi ẽ mõs Olympus. Aegyptus inferior ab oriente habet Syriam/Palæſtinam. ab occaſu Libyam. a ſeptentrione mare noſtrum. a meridie mõtẽ: qui appellatur Climax. & Aegyptũ ſuperiorem. fluuiumque Nilum: qui de litore incipientis maris rubri uidetur emergere in loco: qui dicitur Moſylon: deĩde diu ad occaſum ꝓfluens faciẽs inſulam nomine Meroen in medio ſui: nouiſſime ad ſeptentrionem inflexus: tempeſtiuiſque auctus incrementis plana Aegypti rigat. Hunc aliq; auctores ferunt haud procul ab Atlante habere fontem: & continuo harenis mergi. inde interiecto breui ſpatio uaſtiſſimo lacu exundare: atque hĩc oceano tenus orientẽ uerſus per Aethiopica deſerta prolabi: rurſuſque inflexum ad ſiniſtraz ad Aegyptum deſcendere: Quod quidem uerum eſt eſſe huiuſmodi fluuium magnum: qui tali ortu talique curſu ſit: & re uera tot tãtaque mõſtra gignat: quem utique prope fontem barbari Dara nominant. cæteri uero accolæ Nubul uocant. Sed hic ĩ regione gentium: quæ Libyæ Aegyptiæ uocãtur: haud procul ab illo fluuio: quem a litore maris rubri prorumpere diximus: immẽſo lacu acceptus aſſumitur: niſi forte occulto meatu in alueum eius: q; ab oriente deſcendit eructet. Aegyptus ſuperior in orientem per longum extenditur: cui ẽ a ſeptentrione ſinus Arabicus. a meridie oceanus. Nam ab occaſu exĩeriori Aegypto incipit. ad oriẽtem rubro mari terminatur: ubi ſunt gentes .xxiiii. Et quoniam meridianam partem uniuerſæ Aſiæ deſcripſimus: ſupereſt: ut ab oriente ad ſeptentrionem pars: quæ reſtat expediatur. Mons Caucauſus inter Colchos: qui ſunt ſup Cimmericũ mare & inter Albanos: qui ſunt ad mare Caſpium primum attollitur: cuiuſ quidem uſque in ultimum orientem unuz uidetur iugum. ſed multa ſunt nomĩa. Et multi hoc ipſum iugũ Tauri mõtes credi uolunt: quia re uera Parchoatras mons Armeniæ inter Taurũ & Caucaſum medius continuare Taurum cum Caucaſo putatur. Sed hoc ita non eẽ diſcernit fluuius Euphrates: q; de radice Parchoatræ mõtis effuſus tẽdẽs in meridiem ipſum ad ſiniſtram Taurum excludit. Ad dextram itaque ipſe Caucaſus inter Colchos & Albanos: ubi & portas habere mons Caucaſus dicitur: a portis Caſpiis uſque ad Armenias pylas: uel uſque ad fontem Tigris fluminis ĩter Armeniam & Iberiam mõtes Acroceraunii dicuntur. A fonte Tigris uſque ad Carras ciuitatẽ ĩter Maſſagetas & Parthos mõs Ariobarzones. A Carris ciuitate uſq; ad oppidũ Cathippi ĩter Hyrcanos & Bactrianos

mons Memarmali: ubi amomum naſcitur: a quo proximum iugum mons Parthau dicitur. Ab oppido Cathippi uſque ad uicū Saphrum inter Dahaſ/ saraucas & Parthyenas mōs Oſcobares: ubi Ganges fluuius oritur. & Laſer naſcitur. A fonte fluminis Gangis uſque ad fontes fluminis Octorogorræ: q̄ ſunt a ſeptētrione: ubi ſunt mōtani Paropaniſadæ & mōs Taurus. A fōtibus Octorogorræ uſque ad ciuitatem Octorogorram inter Hunnos & Scythas & Gangaridas mons Caucaſus. Vltimus autem inter Eoſas/& Paſiadras mōs Imauus: ubi flumen Chriſoroas/& promontorium Samara oriētali excipitur oceano. Igitur a monte Imauo: hoc ē ab imo Caucaſo & dextra oriētis parte qua oceanus Sericus tenditur uſque ad promontorium Boreum / & flumen Boreum & inde tenus Scythico mari: quod eſt a ſeptentrione uſque ad mare Caſpium: quod eſt ab occaſu / & uſque ad extentum Caucaſi iugum: quod eſt a meridie Hyrcanorum & Scytharum gentes ſunt .xlii. propter terrarum i/ fœcundam diffuſionem late oberrantes. Mare Caſpium ſub aquilonis plaga ab oceano oritur: cuius utraque circa oceanum litora loca deſerta/ incultaque habentur. inde meridiem uerſus per longas anguſtias tēditur: donec p̄ magna ſpatia dilatatum Caucaſi montis radicibus terminetur. Itaque a mari Caſpio: quod eſt ad orientem per ora oceani ſeptentrionalis uſque ad Tanaim fluuiū & Mæotias paludes: quæ ſunt ad occaſum per litus Cimmerici maris: quod ē ab Aphrico uſque ad caput & portas Caucaſi: quæ ſunt ad meridiem: gentes ſunt. xxxiiii. Sed generaliter regio proxima Albania ulterior ſub mari & mōte Caſpio Amazonum nuncupatur. Expliciti autem ſunt quābreuiſſime fines Aſiæ. Nunc autem Europam inquantū cognitioni hominis conceditur: ſtilo peruagabor. A montibus Rhiphæis ac flumīe Tanai Mæotiiſque paludibus: quæ ſunt ad orientem per litus ſeptentrionalis oceani uſque ad Galliā Belgicā & flumen Rhenum: quod eſt ab occaſu: deīde uſque ad Danubium: quem & Iſtrum uocant: qui eſt a meridie ad orientem directus pōto accipitur. ab ori ente Alania ē: i medio Dacia: ubi & Gotia. deinde Germania eſt: ubi plurimā partem Sueui tenent: quorū omniū gentes ſunt. liiii. Nunc quicqd Danubius a barbarico ad mare' noſtrū ſecludit: expediā. Mœſia ab oriente habet hoſtia fluminis Danubii. ab euro Thraciam. a meridie Macedoniam. ab Aphrico Dalmatiam. ab occaſu Iſtriam. a circio Pannoniā. a ſeptentrione Danubiū. Thracia habet ab oriente Propontidis ſinum/& ciuitatem Conſtātinopolim: quæ Byzātium prius dicta eſt: a ſeptētriōe partem Dalmatiæ. & ſinū Euxini pōti: ab occaſu & Aphrico Macedoniā: a meridie Aegæū mare. Macedonia habet ab oriente Aegæum mare. a borea Thraciā. ab euro Euboeā / & Ma/ cedonicum ſinum. a meridie Achaiā. a Fauonio montes Acroceraunios in anguſtiis Adriatici ſinus: qui montes ſunt contra Apuliā atque Brūduſium. ab occaſu Dalmatiā. a circio Dardaniā. a Septentriōe Mœſiā. Achaia undiq̄

propemodum cincta est mari. Nam ab oriente habet Myrtoũ mare: ab euro arcticum mare. a meridie ionium mare. ab Aphrico & occasu Cephaloniã & Cassiopã insulas. a septentriõe sinũ Chorithium. ab aquilone angustũ terræ dorsum: quo Macedoniæ coniũgitur: uel potius Atticæ: qui locus isthmos uocatur: ubi est Corinthus habens in Atticam a borea non longe Athenas ciuitatem. Dalmatia habet ab oriente Macedoniam. ab aquilone Dardaniã. a septentrione Moesiam. ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas. a meridie Adriaticũ sinum. Pannonia Noricus & Rhetia habẽt ab oriente Moesiam. a meridie Istriã. ab Aphrico alpes Apẽninas. ab occasu Galliam Belgicam. a circio Danubii fontem & limitem: qui Germaniam a Gallia inter Danubium Galliãque discernit. a septentrione Danubiũ & Germaniam. Italiæ situs a circio in eurũ tenditur: habẽs ab Aphrico Tyrrhenũ mare: a borea Adriaticum sinum: cuius ea pars: quæ continenti terræ cõmuis & contigua est: alpiũ obicibus obstruitur. Quæ a Gallico mari p Ligusticũ sinum exurgentes primum Narbonensium fines. deinde Galliam Rhetiãque secludunt: donec in sinu Liburnico defigãtur. Gallia Belgica habet ab oriẽte limitem fluminis Rheni & Germaniam. ab euro alpes Apenninas. a meridie prouinciam Narbonensem. ab occasu prouinciã Lugdunensem. a circio oceanum Britannicum. a septentrione Britannicam insulam. Gallia Lugdunẽsis ducta per longum: & per angustum inflexa Aquitanicam prouiciã semicigit. Hæc ab oriente habet Belgicam: a meridie partem prouiciæ Narbonẽsis: qua Arelatũ ciuitas sita est: et mari Gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis prouincia pars Galliarum habet ab oriente alpes Cottias. ab occidente Hispaniam. a circio Aqtaniã. a septentrione Galliã Lugdunẽsem. ab Aquilõe Belgicam Galliã. a meridie mare Gallicum: quod est iter Sardiniã & insulas Baleares: habens i frõte: qua Rhodanus fluuius i mare exit: insulas Stbecadas. Aquitanica prouincia obliquo cursu Ligeris fluminis: qui ex plurima parte terminus eius est: in orbẽ agitur. Hæc a circio habet oceanũ: q Aquitanicus sinus dicitur. ab occasu Hispanias habet. a septentriõe & oriẽte Lugdunẽsem: ab euro et meridie Narbonensem prouinciam contingit. Hispania uniuerso terrarum situ trigona est. et circumfusione oceani Tyrrhenique pelagi pene insula efficitur. Huius angulus prior spectans ad orientem a dextris Aqtaica prouincia. a sinistris Balearico mari coartatus Narbonẽsium finibus iseritur. Secundus angulus circium intendit: ubi Brigantia Galleciæ ciuitas sita altissimum pharum et inter pauca memorandi operis ad speculã Britãniæ exigit. Tertius angulus eius est: quo Gades insulæ intentæ in Aphricum Atlantem montem interiecto sinu oceani prospiciunt. Hispaniam citeriorem ab oriente incipientem Pyrinei saltus a parte septẽtrionis usque ad Cantabros Asturesq deducit. atque ide per Vacceos & Oreatanos: quos ab occasu habet:: positam

in noſtri maris litore Carthaginem determinat. Hiſpania ulterior habet ab oriente Vacceos/Celtiberos & Oretanos.a ſeptentrione oceanum . ab occaſu oceanum.a meridie Gaditanum oceani fretum : inde mare noſtrum : quod Tyrrhenum uocatur : immittitur. Et quoniam oceanus habet inſulas : quas Britanniam & Hyberniam uocant:quæ in aduerſa Galliarum parte ad proſpectum Hiſpaniæ ſitæ ſunt:breuiter explicabuntur.Britannia oceani inſula p longum in boream extenditur.a meridie Gallias habet:cuius proximum litus traſmeantibus ciuitas aperit:quæ dicitur Rhutupi portus:unde haud procul a Morynis ī auſtro poſitos Menapos Bataſioſque proſpectat.Hæc inſula habet in longum milia paſſuum octingẽta:in latum milia.cc.A tergo aũt:unde oceano ifinito patet:Orchadas inſulas habet:quarum.xx.deſertæ ſunt.xiii.incoluntur. Deinde inſula Tile:quæ per infinitũ a cæteris ſeparata circiũ uerſus medio ſita oceano uix paucis nota habetur.Hybernia inſula ĩter Britanniã & Hiſpaniam ſita eſt : quæ longiore ab Aphrico in boream ſpatio porrigitur. Huius partes priores intentæ Cantabrico oceano Brigantiam Galleciæ ciuitatẽ ab Aphrico ſibi ĩ circium occurrente ſpatioſo interuallo ꝓcul ſpectant: ab eo præcipue promõtorio:ubi Senæ fluminis hoſtium eſt:& Velabri Lucenique conſiſtunt. Hæc propior Britanniæ ſpatio terrarum anguſtior : ſed cœli ſoliſque temperie magis utilis a Scotorum gẽtibus colitur. Huic etiam Meuania inſula proxima eſt . & ipſa ſpatio non paruo ſolo commoda æque a Scotorum gentibus habitatur.Hi ſunt fines totius Europæ.Aphricam : ut dixi : cum tertiam orbis partem maiores noſtri accipiendam deſcripſerint: non ſpatiorum menſuras: ſed diuiſionũ rationes ſecuti ſunt.Mare hoc ſiquidẽ magnum:quod ab occaſu ex oceano oritur:ĩ meridiem magis uergẽs ãguſtiorem inter ſe & oceanum coartatæ Aphricæ limitem fecit:ũde etiam aliqui: quanuis eã longitudine parem:tamen multo anguſtiorẽ itelligẽtes:iurecũdũ arbitrati tertiam partem uocare:ſed potius in Europa Aphricam deputãtes: ac ſecundam portionem appellare maluerunt.præterea cum multo amplius terræ in Aphrica ardore ſolis:quam in Europa rigore frigoris incultum atq̃ incognitum ſit:quippe cum omnia pene aĩmantia: uel germinantia patientius & tolerabilius ad ſummum frigoris:quã ad ſummum caloris accedãt: ea ſcilicet cauſa eſt:Aphricam per omnia ſitu & populis minorem uideri : & quia natura ſui minus habet ſpatii:& cœli inclemẽtia plus deſerti:cuius deſcriptio per prouicias & gentes hæc ẽ.Libya Cyreniaca & Pentapolis poſt Aegyptũ in parte Aphricæ prima eſt. Hæc incipit a ciuitate Parethonio:& mõtibus Catabatynon. Inde ſecundo mari uſque ad aras Philenoꝝ extenditur . Poſt ſe habet uſque ad oceanum meridianum gentes Libyorum/Aethiopũ/& Garamantum.Huic eſt ab oriente Aegyptus . a ſeptentrione mare Libycum . ab occaſu Syrtes maiores/& Troglodytæ:cõtra quos inſula Calypſo ẽ.a meridie

Aethiopicus oceanus. Tripolitana prouincia: quæ & Subuentana: uel regio Arzugum dicitur: ubi Leptis magna ciuitas est: quauis Arzuges per longum Aphricæ limitem generaliter uocentur: habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes maiores & Troglodytas, a septentrione mare Siculum: uel potius Adriaticum & Syrtes minores. ab occasu Byzantiũ usque ad lacũ salinarum. a meridie barbaros Getulos/Nathabres/& Garamantas usque ad oceanum Aethiopicum pertingentes Byzantium/Zeugis & Numidia. Zeugis autem prius non unius conuentus: sed totius prouinciæ generale nomen fuisse inuenimus. Byzantiũ ergo: ubi Hadrumetus ciuitas. Zeugis ubi Carthago magna. Numidia: ubi Hypos regius et Niſiccada ciuitates sunt: habẽt ab oriẽte Syrtes minores & lacum salinarum. a septentrione mare nostrũ: quod spectat ad Siciliam & Sardiniam insulas. ab occasu Mauritaniã Sitiphẽsem: a meridie fontes Vzaræ/& post eos Aethiopum gentes peruagantes usque ad oceanum Aethiopicum Sitiphenses/& Cæsarienses. Mauritania habet ab oriẽte Numidiam. a septentrione mare nostrum. ab occasu flumẽ Maluã. a meridie mõtẽ Astrixim: qui diuidit inter uiuam terrã. & barenas iacentes usque ad oceanũ. & oberrant Gangines Aethiopes. Tingitana Mauritania ultima ẽ Aphricæ. Hæc habet ab oriente flumen Maluam. a septentrione mare nostrum usque ad fretum Gaditanum: quod inter Hauennem & Calpem duo contraria sibi promontoria coartatur. ab occidente Atlantem mõtem & oceanũ Atlãticũ. sub Aphrico Hesperium montem. a meridie gentes Aulolum: quas nũc Gaſaules uocant: usque ad oceanum Hesperium cõtingentes. Hic est terminus uniuersæ Aphricæ. Nunc insularum: quæ in nostro mari sunt: loca/nomina & spatia dimetiar. Insula Cypros ab oriente mari Syrio: quod Missicum sinum uocant. ab occidente mari Pãphilico. a septẽtrione Aulone Ciliciæ. a meridie Syriæ & Phœnicis pelago cĩgitur: cuius spatiũ in lõgũ tenet milia passuũ .c. lxxv. in latũ milia passuum .cxxv. Insula Creta finitur ab oriente Carpathio mari. ab occasu & septentriõe mari Cretico. a meridie mari Libyco: quod et Adriaticũ uocant. habet in longum milia passuum. clxxvii. & in latũ. l. Insulæ Cyclades: quarum est ab oriente prima Rhodos: a septentrione Tenedos: a meridie Carpathos: ab occasu Cythera. ab oriente finiũtur litoribus Asiæ. ab occidẽte mari Icareo. a septẽtrione mari Aegæo. a meridie mari Carpathio. Sũt aũt omnes Cyclades numero. liii. Hæ tenent a septentrione in meridiem milia passuum quingenta. ab oriente in occasum milia .cc. Sicilia insula tria habet promontoria. unum: quod dicitur Pelorus. & aspicit ad aquilonem: cui Messana ciuitas proxima est. secundum: quod dicitur Pachynus: sub quo ciuitas Syracusana respicit ad Euronotũ. tertium: quod appellatur Lilybæus: ubi & ciuitas eiusdem nominis sita est. dirigiturque in occasum. Hæc habet A Peloro ĩ Pachynum milia passuum. cxlix. a Pachyno in Lilybæum. clxx.

septē milia. Hæc ab oriente cingitur mari Adriatico.a meridie mari Aphrico: quod ē contra Subuentanos & Syrtes minores.ab occidēte & septētriōe habet mare Tyrrhenum.a borea usque ad subsolanum fretum Adriaticum: quod diuidit Taurominitanos Siciliæ & Brutios Italiæ. Sardinia & Corsica insulæ paruo freto:hoc ē milium.xx.passuum diuiduntur: ex quibus Sardinia habet a meridie contra Numidiam Caralitanos.contra Corsicā insulam:hoc est septentrionem uersus habet Vlbienses:cuius in longum spatiū tenet milia passuum.cc.xxx:in latum milia.c.lxxx. Hæc habet ab oriente & borea Tirrhenicum mare:quod spectat ad portū urbis Romæ.ab occasu mare Sardū. ab Aphrico insulas Baleares longe positas. a meridie Numidicum sinum: a septentrione:ut dixi:Corsicam. Corsica insula multis promontoriis āguloſa ē. Hæc habet ab oriente Tyrrhenum mare & portū urbis. a meridie Sardiniā. ab occasu insulas Baleares.a circio & septentrione Ligusticum sinum. Tenet autem in longum milia passuum.c.lx.in latum milia.xx.&.vi.Insulæ Baleares duæ sunt maior & minor:quibus insunt bina oppida. maior Tarraconē Hispaniæ ciuitatem. minor Barchilonam septentrionem uersus contra se habet. Maiori subiacet insula Hebusus. deinde ab oriente Sardinia. ab aquilōe mare Gallicum. a meridie & Aphrico Mauritanicum pelagus. ab occasu Ibericū spectat pelagus. Hæ sunt īsulæ ab Hellesponto usque ad oceanum per totum magnum pelagus constitutæ:quæ & cultu & memoria magis celebres habētur.Percensui breuiter:ut potui:prouincias & īsulas orbis uniuersi.nūc locales gentium singularȝ miserias:sicut ab initio incessabiliter extiterunt. & qualiter quibusque exortæ sint:inquantum suffecero:proferam.

Hic ponitur diluuii uindicta. Cap. 3

c Vm post fabricam ornatumque mundi huius:homo:quē rectū atque immaculatum fecerat deus morti se substrauisset:ac pīde humanum genus libidinibus deprauatum peccatis funditus absorberetur: continuo iniustam licentiam punitio iusta cōsecuta est. Sententiam creatoris dei & iudicis peccanti homini ac terræ propter hominem destinatā:semperque:dum homines terram habitauerit: duraturā omnes uidelicet aut probamus negando:aut confitendo toleramus.obstinatiq̄ mentibus testes sibi infirmitas sua inurit:quibus fidelis scriptura nō sua serit. Deinde refuso sub Noe in omnē terram mari: īmissoque diluuio: cum toto orbe contecto unum spatium cœli esset ac pelagi: deletum fuisse uniuersum humanum genus:paucis in arca fidei suæ merito ad substituendam originem reseruatis:euidentissime ueracissimi scriptores docent. fuisse tamen etiam illi contestati sunt:qui præterita quidem tempora/ipsumque auctorem temporū

neſcientes:tamen ex indicio & coniectura lapidum: quos in remotis mõtibus cõchis et oſtreis ſcabros etiam ſæpe cauatos aquis uiſere ſolemus: coniiciẽdo didicerunt. Et quanuis huiuſmodi adhuc et relatu digna fideque certa ꝓferri a nobis queãt:tamen hæc ueluti principalia duo de præuaricatiõe primi hois: & condemnatione generationis uitæque eius:ac deinde ꝓditiõe totius generis humani dicta ſufficiant tantum: ut ſiqua gentiles hiſtorici de noſtris aliquo ordie cõtigerint/hæc plenius cum cæteris ipſo:quo ĩcurrerit ordie:ꝓferãtur.

Primus Ninus rex Aſſyriorꝝ regnauit. Cap. 4

a Nte annos urbis cõditæ mille.ccc. Ninus rex Aſſyriorũ primus ut ipſi uolunt:propagandæ dominationis libidine arma foras extulit. cruentamque uitam.l.annis per totam Aſiam bellis egit. a meridie atque rubro mari ſurgens ſub ultimo ſeptẽtriõe Euxinũ pontum uaſtando perdomuit. Scythicamque barbariem adhuc tũc imbellẽ: & innocentem/torpentemque excitare ſæuiciam:uires ſuas noſſe:& non lac iã pecudum:ſed ſanguinem hominum bibere:ad poſtremum uincere:dũ uincit edocuit. Nouiſſime Zoroaſtrem Bactrianorum regem: eundemq̃ magicæ artis:ut ferunt: repertorem pugna oppreſſum ĩterfecit. poſt ipſe:dũ deficiẽtẽ a ſe oppugnat urbem:ſagittæ ictu interiit. Huic mortuo Semiramis uxor ſuccеſſit:uirum animo & habitu gerens: auidoſque iam uſu ſanguinis populos p .xlii.annos cædibus gentium exercuit. Non contenta terminis mulier: quos a uiro ſuo tunc ſolo bellatore.l. ãnis acquiſitos ſuſcepat. Aethiopiã bello ꝑſſam: ſanguine illitam/imperio adiecit. Indis quoque bellum intulit:quos præter illã/ & Alexandrum Magnũ nullus intrauit:quod eo tempore ideo crudelius gra/uiuſque erat:quam nunc eſt:perſequi & trucidare populos in pace uiuẽtes:qa tũc apud illos nec foris erant ulla incendia bellorꝝ. nec domi tanta exercitia cupiditatum. Hæc libidine ardens: ſanguinem ſitiens inter inceſſabilia ſtupra & homicidia cum omẽs:quos regie accerſitos meretricie habitos concubitu oblectaſſet:occideret: tandem filio flagitioſe concepto: impie expoſito:inceſte cognito priuatam ignominiam publico ſcelere obtexit. Præcepit enim:ut iter parentes ac filios nulla delata reuerentia naturæ de coniugiis appetẽdis:quod cuique libitum eſſet/liberum fieret.

Quod ignis de cœlo deſcendit in Pentapolim. Cap. 5

a Nte ãnos urbis conditæ mille.c.lx. confinem Arabiæ regionẽ:quæ tũc Pentapolis uocabatur:a rſiſſe penitus igne cœleſti inter alia etiã Cornelius Tacitus refert:qui ſic ait. Haud procul inde cãpos: quos

ferunt olim uberes/ magniſque urbibus habitatos fulminum iactu arſiſſe. ſed manere ueſtigia: terramque ipſam ſpecie ſolida uiꝫ frugiferam perdidiſſe. Et cum hoc loco nihil de incenſis propter peccata hominum ciuitatibus: quaſi ignarus expreſſerit: paulopoſt: uelut oblitus conſilii: ſubiecit. & ait. Ego ſicut inclytas quondam urbes igne cœleſti flagraſſe conceſſerim: ita halitu lacus infici terram & corrũpi reor. Quo dicto inuitus licet de exuſtis urbibus: quæ proculdubio peccatorum noxa conflagrauerant: & ſciſſe ſe/ & conceſſiſſe cõ/ feſſus: palam prodidit: non ſibi cognitionis fidem defuiſſe: ſed exprimẽdæ fidei uoluntatem: quod nunc a me plenius profertur. In confinio Arabiæ/ & Palæ/ ſtinæ: qua dimiſſi altrinſecus montes ſubiectis campis excipiuntur quinque ciuitates fuiſſe referũtur Sodoma/ Gomorra/ Adama/ Seboim/ & Segor. Sed Segor ex his parua. illæ magnæ & amplæ: quippe quibus & ſoli fœcunditas ſuberat. & Iordanis fluuius per plana diffuſus: ac p̃ opportuna diuiſus augmẽ/ tis ubertatis impẽdebatur. Huic uniuerſæ regioni bonis male utenti abũdãtia rerum cauſa malorum fuit. Ex abũdantia enim luxuria. ex luxuria fœdæ libi/ dines adoleuere: adeo ut maſculi in maſculos operantes turpitudinẽ. nec cõſide ratis quidem locis/ condicionibus/ ætatibuſque proruerent. Itaque iratus deus pluuit ſuper hanc terram ignem & ſulphur. totamque regionem cum populis atque urbibus exuſtam teſtẽ iudicii ſui futuram æterna damnatione dãnauit. ut nunc quoque appareat quidem forma regionis. ſed iueniatur regio cineris. mediamque conualleꝫ: quã Iordanis irrigauerat: nũc mare ſuperfuſum tegat. tantumque de rebus: ut putatur: paruis diuinæ indignationis iudiciũ accẽſum eſt: ut propter hoc illi male utẽtes bonis: fructus miſeriarꝫ: nutrimẽta libidinũ fecerãt: terra quoque ipſa: quæ has habuerat ciuitates: primũ exuſta ignibus: poſt oppreſſa aquis in æternam damnationem communi periret aſpectui.

Vbi Romani nihil mali ſe paſſos eẽ dixerunt: ſi circus illis redderetur. Cap. 6.

i Taque nũc: ſi placet: ii: qui ĩ chriſtum: quem nos iudicẽ ſæculoꝝ oſtendimus: quantum in ipſis eſt ſputa coniiciunt: iter Sodoma & Romam diſcernant cauſas. & conferant poenas: quæ a me uel maxime ob hoc retractandæ non ſunt: quia omnibus notæ ſunt. Et tamen quãlibenter eorum ſentẽtias acciperem: ſi illi fideliter ita: ut ſentiũt: faterentur. quanquam quod de temporibus chriſtianis rari & hoc in angulis murmurent: nõ uſqueadeo moleſte accipiendum putem: cum totius populi Romani cõſona uoce pariq̃ iudicio ſenſus ac ſermo ſit cognitus. Adeo quodã autem paruo: & leui motu hæſitaſſe erga ſe parumper cõſuetudinẽ uoluptatũ indubitaſſime conteſtatus eſt: ut libere cõclamaret: ſi reciperet circum nihil eſſe ſibi factum. hoc eſt: nihil egiſſe Romæ Gotorum enſes: ſi concederetur

ſpectare Romanis circenſes. Niſi forte ut ſe habet apud pleroſque hoc præci-
pue tempore: qui ex lõga requie: uel paruaꝫ obortam ſollicitudinẽ intolerabilẽ
laborem putant. has clementiſſimas admonitiones: quibus omnes aliquando
reſtringimur: alienis punitionibus auditis lectiſque præponunt. Quos ſaltem
de hoc ipſo exitu Sodomorum & Gomorreorum moneo: ut diſcere atq̃ intel
ligere queant: qualiter deus pecccatores pnniuerit. qualiter punire poſſit. qua-
liter puniturus ſit. Ante annos urbis conditæ mille. lxx. dum Thelciſes & Car
ſathii peruicax prælium aduerſas Phoreneum regem Argiuoꝝ: & Parapaſios
accipiunt: ſpem ſine fructu uictoriæ geſſerunt. Idemque Thelciſes & Car-
ſathii poſt paululum bello uicti: patria profugi: ignarique reruꝫ: credentes q̃
ſe penitus a cõgreſſu totius humanæ habitationis abſtraberẽt: Rhodũ iſulã:
quæ Ophiuſa antea uocabatur: quaſi tuta poſſeſſione ceperunt.

Vbi in Achaia ſæuum diluuium actũ eſt. Cap. 7

a Nte annos urbis conditæ mille. xl. in Achaia ſæuum diluuiũ uaſtatiõe
plurima totius pene prouiciæ fuit. Quod quia Ogygis: q̃ tũc Eleuſinæ
conditor & rex erat temporibus effuſum eſt: nomen loco ac tempori dedit.

De fame: quæ fuit in Aegypto. Cap. 8

a Nte ãnos cõditæ urbis mille. xlviii. fuiſſe apud Aegyptũ primuꝫ
inſolitam faſtidiendamque ubertatem: deĩde iugẽ atq̃ ĩtolerabilẽ
famem legimus: cui Ioſeph uir iuſtus & ſapiens diuĩa prouiſione
ſubuenerit: ut Pompeius hiſtoricus refert. eiuſque breuiator Iu-
ſtinus docet: qui inter cætera ſic ait. Minimus ætate inter fratres Ioſeph fuit:
cuius excellens ingeniuꝫ fratres ueriti interceptum peregrinis mercatoribus
uendiderunt. A quibus deportatum in Aegyptum: cuꝫ magicas ſibi artes ſol
erti ĩgenio ꝓcepiſſet: breui ipſi regi ꝓcarus fuit. Nã & prodigioꝝ ſagaciſſimus
erat. & ſomniorum primus ĩtelligentiam condidit. Nihilque diuini iuris: hu-
manique ei incognitum uidebatur. adeo ut etiam agrorum ſterilitatẽ futurã
ante multos annos proſpiciens: fruges congregaſſet. Tantaq̃ eius experimẽta
fuerunt: ut non ab homine: ſed a deo reſponſa accepiſſe uideretur. Filius Io-
ſeph Moyſes fuit: quem præter paternæ ſcientiæ hæreditatem: etiam formæ
pulchritudo commendabat. Sed Aegyptii cuꝫ ſcabiẽ/& uitiligine paterẽtur:
reſponſo moniti eum cũ ægris: ne peſtis ad plures ſerperet: terminis Aegypti
pellunt. Hæc Iuſtinus. Sed: quoniam hæc idem Moyſes: queꝫ iſti ſapientem
ſcientemque fuiſſe atteſtãtur: plenius ueriuſque: tanquam per ſe ſuoſque geſta
conſcripſit: primum fide eius atque auctoritate: quam etiam iſti probant:

horuꝫ ignorantia est ſupplenda. debinc ſacerdotuꝫ Aegyptioꝝ fallax malicia confutanda eſt: qui uel aſtu: quod manifeſtius eſt: euidentem iram/miſericordiamque ueri dei memoriæ ſubtrahere conati ſunt: particulatim expoſitione confuſa: ne in contumeliam idolorum ſuorum eum colendum merito oſtenderent: cuius conſilio annuntiata hæc mala: & auxilio euitata docuiſſent: uel forte: ut indulgentius accipiamus: obliti ſunt. Illius enim noſtri Ioſeph: q fuit ueri dei ſeruus: & pro creatura domini ſui pie intenteque ſollicitus: prouiſione ipſi abundabant frugibus: quaſi ſacerdotes. ſed quia falſi ſacerdotes erāt: cum cæteris eſurientibus non dolebant. Enīuero: cui placet: obliuiſcitur. cui dolet: meminit. quanquam huius temporis argumentum hiſtoriis factiſque reticentibus ipſa ſibi terra Aegypti teſtis pronūtiat: quæ tūc redacta ī poteſtatē regiam: reſtitutaque cultoribus ſuis ex omni fructu ſuo uſque ad nunc quintæ partis inceſſabile ueſtigal perſoluit. Fuit itaque hæc fames magna ſub rege Aegyptiorū Diapolyto: cui nomē erat Amoſis: quo tēpore Baleus Aſſyrios: Argiuos Apis regebat. Fuerunt autem ante annos famis ſeptem/præcedentes alii ſeptem ubertatis anni: quorum affluentiam tāto negligentius perituram: quanto uberius natam Ioſeph noſter ſolertia ſua collegit. & condidit. totamq; Aegyptum conſeruauit. Acquiſiuit uniuerſam Pharaoni pecuniam. & deo gloriam reddēs diſpenſatione iuſtiſſima: cui uectigal/uectigal: cui honorē honorem omnium pecora/ terras/cenſuſque collegit. ipſos autem: qui ſemetipſos cum terris ſuis accipiendæ ſtipis taxatione uendiderant: ſtatuta quintæ partis pactione laxauit. Hunc Ioſeph: quem conſtituit deus Aegyptiis conſeruatæ ſalutis auctorem: quis credat ita in breui eorum excidiſſe memoria: ut filios eius/atque uniuerſam cognationem paulo poſt ſeruitio addixerint: laboribus affecerint: internicionibus profligauerint? Quam ob rem non eſt mirandum: ſi nunc quoque aliqui reperiuntur: qui cū a ceruicibus ſuis impendentē gladiū prætento chriſtiano nomīe auerterint/ipſum nomē chriſti/quo ſolo ſalui ſunt: aut diſſimulent: aut infament. grauarique ſe eorum temporibus aſſerāt: quoꝝ meritis liberantur.

De Amphitryone/Deucalione & Libero. Cap. 9

a Nno. dccc. decimo ante urbem conditam Amphitryon Athenis tertius a Cecrope regnauit: cuius temporibus aquarū illuuies maiorem partem populoꝝ Theſſaliæ abſumpſit: paucis p refugia montium liberatis maxime in monte Parnaſo: in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad ſe ratibus cōfugiētes ſuſceptos per gemina Parnaſi iuga fouit. aluitque: a quo propterea genus humanū repa ratum ferunt. Tunc etiā in Aethiopia peſtes plurimas diroſque morbos pene uſque ad deſolationē exæſtuauiſſe Plato teſtatus eſt. Et ne forte diuiſa tēpora

esse credantur iræ dei furorisque bellici: ea tempestate subactam Indiaꝫ Liber pater sanguine madefecit. cædibus oppleuit. libidinibus polluit: gētē utiq̄ nulli hominum unquam obnoxiam: uernacula tantum quiete contentam.

Hic dicitur: quod populus dei ī Aegypto afflictus ē. & decē plagis pcussa est Aegyptus. Cap. 10

a Nno ante urbem conditā octingentesimo quinto infanda Aegyptiis mala: atq̄ intolerabiles plagas incubuisse Põpeius Cornelius que testantur: Qui quidem cum hæc ambo de Iudæis referenda proponant: aliquantulum me pro sua diuersitate mouerunt. Ait enī Pompeius: siue eius abbreuiator Iustinus hoc modo. Aegyptii cū scabieꝫ ac uitiliginem paterentur: responso moniti Moysen cum ægris: ne pestis ad plures serperet: terminis Aegypti pellūt. Dux igitur exulū factus sacra Aegyptiorum furto abstulit: quæ armis repetentes Aegyptii domū redire tēpestatibus compulsi sunt. Atuero Cornelius de eadem re sic ait. Plurimi auctores consentiunt: cum orta per Aegyptum tabes corpora fœdaret: regē Boccorū adito Ammonis oraculo remediū petētem purgare regnū. & id genus hoīnū: ut inuisum diis alias ī terras uebere iussum. sic conquisitum collectuꝫq̄ uulgus postquam uastis in locis relictum sit: cæteris per lachrimas torpētibus Moysen unum exulum monuisse: ne quam deorum templorum/ hominumue opeꝫ expectarent. sed sibimet duci cœlesti crederent primo: cuius auxilio præsentes miserias pepulissent. Itaque Cornelius dicit: quod ipsis Aegyptiis cogentibus in deserta propulsi sunt Iudæi. & postea subiungit incaute: quod ope Moysi ducis in Aegypto miserias pepulissent: qua re ostenditur quædā: quæ p Moysen strenue acta sunt: fuisse celata. Item Iustinus asserit pulsum æque cuꝫ populo Moysen sacra Aegyptiorum fuisse furatum: quæ Aegyptios armis recipere molientes: coactos tempestatibus ac repulsos domum rediisse. Et hic aliquid amplius: & si non totum prodidit: quod ille celauit. Quapropter: quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerūt: ab ipso: sicut quæ per eū & gesta & dicta sunt: proferantur. cum populum dei: hoc est genus Ioseph Aegyptii: cuius ope salui erant: seruitio oppressum labore cruciarent: insuper etiā ad necandam sobolem suam crudeli imperio cogerent: dimitti deus populuꝫ suum liberum ad seruiēduꝫ sibi per Moysen nuntiū iubet. Contēptusque durissimis contumaces suppliciis agit: qui decem plagis onerati ac protriti tandeꝫ: quos dimittere noluerant: etiā festinare coegerunt. Post aquas ī sanguinē cōuersas ardentibus siti grauiora afferentes pœnarum remedia: quā pœnas: post horridos ranarū squalores per oia mūda imundaque reptātes: post ignitos scinipbes & nunquā se toto aere uibrantes pene ineuitabiles: post muscas caninas: etiam per interiora membroꝝ horridis motibus cursitantes: acerbeq̄ iferētes

tam grauia tormenta:quam turpia:post grandem omniũ pecoꝝ & iumẽtoꝝ repentinam ruinam/stragemque generalem:post uesicas efferuescẽtes:ulcera que manantia:&:ut ipsi dicere maluerunt : scabiem ac uitiliginem totis corporibus erumpentem:post grandinem cum igne permistam passim homies armenta atque arbores proterentem:post locustarum nubes exhaustis oĩbus ipsas quoque radices seminum persequentes: post tenebras imaginibus diras: crassitudine palpabiles:diuturnitate ferales: postremo post uniformẽ in tota Aegypto primitiuæ sobolis necem:paremq̃ per uniuersos orbitatũ tẽpestatẽ: qui iubenti deo non cesserant: cessere punienti . sed mox pessime pœnitentes dimissos persequi ausi ultima nefandæ pnicaciæ expendere supplicia. Naꝫ rex eorum uniuersum Aegypti exercitum curribus atque equitibus instructum in circũerrãtes egit:cuius numerũ hoc solo uel maxime argumento coniicere possumus:quod eum .cccccc. milia uirorũ timuerunt. atque fugerunt . Sed protector depressorum & ultor contumaciꝫ deus diuisit subito rubrũ mare ac dilatatis utrinque marginibus rigentium undarum in montis faciẽ latera erecta suspendit: ut inoffensis pelagi uiis prouocati pii uiam desperatæ salutis: impii foueam insperatæ mortis intrarent. Itaque Hebræis tuto per sicca gradientibus refusis a tergo aquarum astantium molibus obruta est & iterfecta cũ rege suo uniuersa Aegypti multitudo. tota prouincia plagis ãtea cruciata. ac postremo interfectione uacuata est. Extant etiam nunc certissima horuꝫ monumenta gestorum. Nam tractus curruumque rotarum orbitæ nõ soluꝫ in litore sed etiam in profundo:quousque uisus admittitur:peruidentur . Etsi forte ad tempus uel casu:uel curiositate turbãtur: cõtinuo diuinitus i pristinã faciem uentis fluctibusque reparantur:ut si quis timore dei non doceatur uel propalatæ religionis studio:iræ eius transactæ ultionis terreatur exemplo. His etiam temporibus adeo iugis & grauis æstus incanduit:ut sol per deuia transuectus uniuersum orbẽ non calore affecisse:sed igne torruisse dicatur. Impressumque feruorem & Aethiops plus solitum & insolitũ Scytha nõ tulerit. Ex quo etiam quidam:dum non concedunt deo ineffabilem potentiã:suas inanes ratiunculas conquirentes ridiculam Phætontis fabulam texuerunt.

De duobus fratrum filiis. Cap. II.

Tẽ ãno ante urbẽ conditam septingentesimo septuagesimo qnto inter Danai atque Aegisthi fratrũ filios quinquagĩta parricidia una nocte commissa sunt. Ipse deinde tantorũ sceleꝝ fabricator Danaus regno:quod tot flagitiis acquisierat pulsus:Argos cõcessit. ibique indigne persuasis in facinus Argiuis Sthenelum : qui eum profugũ egentemque susceperat:regno expulit. atque ipse regnauit. Busiridis i Aegypto

cruentissimi tyranni crudelis hospitalitas: & crudelior tunc religio fuit: qui innocentem hospitum sanguinem diis scelerum suorũ participibus propinabat: quod execrabile sine dubio hominibus ipsis: nedum etiam diis uideri potest. Tunc etiam a Progne Terei & Philomenæ incestui parricidiũ adiunctum ẽ. execrabilius utrique conuiuium per infandos cibos additum est: cuius propter sororis pudiciciam ereptam: præcisamque linguam filium paruulum mater occidit. pater comedit. Iisdem temporibus Perseus a Græcia in Asiam trãsuectus ẽ. ibi barbaras gentes graui diuturnoq̃ bello domuit. & nouissime uictor nomen subiectæ genti dedit. Nãque a Perseo Persæ uocati sunt. At ego nunc cogor fateri me prospiciendi finis commodo de tanta malorum sæculi circũstantia præterire plurima. cuncta breuiare. Nequaquam enĩ tã dẽsam aliq̃do siluam prætergredi possem: nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem.

De regno Assyriorum: quod p quinquaginta reges propemodũ actũ est. Cap. 12

Nam cum regnum Assyriorum per mille centum sexagita ãnos usque ad Sardanapalum per quinquaginta propemodum reges actum sit: & nunquam pene uel inferendis: uel excipiendis usque in id tempus bellis quieuerit: quis finis reperietur: si ea cõmemorare numerando: ne dicam describendo conemur. præsertim cum & Græcorum prætereunda non sint: & Romanorum uel maxime recensenda sint. nec mihi nũc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia & fabulas turpiores: quorum Tantalus rex Phrigiorum Ganymedem Trois Dardanioruꝫ regis filium cum flagitiosissime rapuisset: maiori conserti certaminis fœditate detinuit: sicut Phanocles poeta confirmat: qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse cõmemorat: siue quia hunc ipsum Tantalum: utpote assiclã deorum uideri uult raptum pueruꝫ ad libibinem Iouis familiari lenocinio præparasse: qui ipsum quoque filium Pelopem epulis eius non dubitarit impẽdere. Tedet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atque Troianos quælibet magna referre certamina: quæ: qa in fabulis celebrari solita sunt: negligentius audiũtur. Illa quoque præteo: quæ de Perseo & Cadmo/Thebanis/Spartanisque per inextricabiles alternantium malorum recursus: Palephato scribente referũtur. Taceo flagitia Lemniadum. prætermitto Pandionis Athenĩesiũ regis flebilẽ fugam. ATrei/& Thyestæ odia. Stupra & parricidia: cœlo quoque inuisa dissimulo. Omitto Oedipum interfectorem patris: matris maritum: filiorũ fratrem: uictricum suum. Sileri malo: Eteoclem atque Polynicem mutuis laborasse concursibus: ne qs eorum parricida non esset. Nolo meminisse Medeæ amore sæuo sauciæ: & pignorum paruulorum cæde gaudẽtis. & quicqd tẽporibus illis ppetratũ coniici dat: q̃liter boies sustinuerit: quod ẽt astra fugisse dicunt.

a Nno ante urbem conditam quingenteſimo.lx. atrociſſimũ inter Cretenſes & Athenienſes certamen fuit: ubi utrinque populis infeliciter profligatis cruentiorem uictoriam Cretẽſes exercuerũt: qui nobilium Athenienſium filios minotauro: utrũ fero homini: an humanæ beſtiæ aptius dicam neſcio: deuorandos crudeliter addicebãt. atq̃ informe prodigiũ effoſſis Græcie luminibus ſaginabant. Iiſdem diebus Laphithæ & Theſſali famoſis nimium certauere conflictibus. Sed Theſſalos Palephatus in libro primo incredibilium prodit: ipſos a Laphithis creditos dictoſque fuiſſe centauros eo: quod diſcurrentes in bello equites: ueluti unum corpus equorum & hominum uiderentur.

Vbi Veſores rex Aegypti meridiem & ſeptentrionẽ uendicare ſibi uoluit. Cap. 14

a Nno ante urbem conditam. ccccl xxx. Veſores rex Aegypti meridiem & ſeptentrionem diuiſas pene toto cœlo/ac pelago plagas aut miſcere bello/aut regno iũgere ſtudens Scythis bellũ primus indixit: miſſis prius legatis: qui hoſtibus parendi leges dicerent: ad quæ Scythæ legatis reſponderunt. Stolide opulentiſſimum regẽ aduerſus ĩopes ſumpſiſſe bellum: quod timendum ipſi magis uerſa uice fuerit propter incertos belli euentus. nulla præmia: & damna manifeſta. porro ſibi non expectandum: dum ad ſe ueniatur. ſed ultro prædæ obuiaꝫ ituros. Nec mora. nam dicta factis inſequntur. Primum ipſum Veſoren territum refugere in regnuꝫ cogunt. deſtitutũ uero exercitũ inuadunt. omnẽque belli apparatũ capeſſunt. Vniuerſam quoq̃ Aegyptũ populaſſent: niſi paludibus ĩpediti repulſi fuiſſent: Inde continuo reuerſi perdomitam cædibus infinitis Aſiam uectigalẽ fecere: ubi p. xv. annos ſine pace immorati tandem uxorum flagitatione reuocantur denuntiantium: ni redeant: ſobolẽ ſe a finitimis quæſituras. Medio aũt tẽpore apud Scythas duo regii iuuenes Plinos & Scholopythus p factionẽ optimatum domo pulſi ingentem iuuentutẽ ſecũ traxere. & in Cappadociæ Ponticæ ora iuxta amnen Thermodontem conſederunt campis Thermiſcyræis ſibi ſubiectis: ubi diu proxima quæque populati conſpiratione finitimorũ p inſidias trucidantur. Horum uxores exilio ac uiduitate permotæ arma ſumunt. &: ut omnibus par ex ſimili codicione animus fieret: uiros: qui ſupfuerãt: iterficiũt. atque accenſæ i hoſtem ſanguine ſuo ultionem cæſorum coniugũ finitimorũ excidio conſequntur.

Vbi Amazones arma ſumpſerunt. Cap. 15

t Vnc pace armis quæsita externos cõcubitus ineũt. editos mares mox necant. fœminas studiose nutriunt: inustis infantium dexterioribus mamillis: ne sagittarũ iactu ĩpedirentur. Vnde Amazones dictæ. Harum duæ fuere reginæ Marpesia / & Lampedo: quæ agmine diuisõ in duas partes: uicissim curã belli: & domus custodiam sortiebantur. Igitur cũ Europã maxima parte domuissent: Asiæ uero aliq̃tis ciuitatibus captis: ipsæ autem Ephesũ / aliasque urbes condidissent: præcipuaq; exercitus sui partem onustam opulentissima præda domum reuocat. reliquæ ad tuendum Asiæ imperium relictæ cum Marpesia regina concursu hostiũ trucidantur. Huius locum capessit Orethia filia: quæ singularem uirtutibus gloriam perpetua uirginitate cumulauit. Hac fama excitas gẽtes tãta admiratio & formido inuaserat: ut Hercules quoque cum iussus fuisset a domino suo exhibere arma reginæ: quasi ad ineuitabile periculum destinatus: uniuersam Græciæ lectam ac nobilem iuuentutem contraxerit: nouem lõgas naues præparauerit: nec tantum contentus examine uirium ex improuiso aggredi. & insperatas circũuenire maluerit. Duæ tunc sorores regno præerãt Arthiope & Orithyia. Hercules mari aduectus incautas inermesque pacis incuria desides oppressit. inter cæsas captasque quamplurimas duæ sorores Antiope & Menalippe ab hercule. & Hippolyte a Theseo retentæ sunt. sed Theseus Hippolytẽ matrimonio asciuit. Hercules Menalippẽ sorori reddidit. & arma reginæ precio redemptionis accepit. post Orithyiam Pentesilia regno potita est: cuius Troiano bello clarissima inter uiros documenta uirtutis accepimus.

Hic dicitur de Gotis: quos Alexander & Cæsar eẽ uitandos iudicarunt.

Cap. 16

P Rodolor pudet terroris hũani. Mulieres patria profugæ Europã atque Asiam: id est plurimas fortissimasque mundi partes itrauerunt. peruagatæ sunt. deleuerunt. &. c. pene ãnis euertẽdo urbes plurimas: atque alias construendo tenuerunt. nec tamen miseriæ hominum pressura temporum deputata est. Modo autẽ Getæ illi: qui & nũc Goti: quos Alexander euitandos pronuntiauit: Pyrrhus exhorruit. Cæsar ẽt declinauit: relictis uacuefactisque sedibus: ac totis uiribus tuti Rõanas igressi prouincias. simulque ad terrorem diu ostentati societatem Romani fœderis precibus sperant: quam armis uendicare potuissent. exiguæ habitationis sedẽ nõ ex sua electione. sed ex nostro iudicio rogant: quibus subiecta & patente uniuersa terra præsumere: quod esset libitum: liberũ fuit. semet ipsos ad tuitionẽ Romani regni offerunt: quos solos inuicta regna timuerunt. & tamen cæca gentilitas cũ hæc Romana uirtute gesta non uideat: fide Romanorũ ipetrata non credit. nec acqescit: cũ intelligat: confiteri beneficio christianæ religiõis:

quæ cognatam per omnes populos fidem iungit: eos uiros sine prælio sibi esse subiectos: quoꝝ fœminæ maiorē terraꝝ partē immensis cædibus deleuerunt.

De raptu Helenæ. & coniuratione Græcoꝝ. Cap. 17

a Tuero ante urbem conditam .ccc. tricesimo & amplius anno raptus Helenæ/coniuratio Græcorum/& concursus mille nauiuꝫ debinc decēnalis obsidio/ac postremo famosum Troiæ excidiuꝫ prædicatur: in quo bello per .x. annos cruentissime gesto: quas nationes: quantosque populos idē turbo inuoluerit: atque afflixerit: Homerus poeta ī primis clarus luculētissimo carmie palā fecit. nec ꝑ ordieꝫ nūc retexere nostrum est: quia & operi longum. & omnibus notum uidetur. Verūtamen qui diuturnitatem illius obsidionis/euersionis atrocitatem/cædē/captiuitatēq; didicerūt: uideant: si recte isto: qualiscūque est præsentis temporis statu offenduntur: quos hostes occulta misericordia dei cum per omēs terras istructis copiis bello persequi possent: pacis gratia prætentis obsidibus per omia maria sequntur. & ne forte hæc quietis amore facere credantur: se ipsos ac picula sua ꝑ Romanorum pace aduersus alias gentes offerunt.

Aeneæ in Italiam aduentus. Cap. 18

p Aucis præterea annis interuenientibus Aeneæ profugi ex Troia aduentus in Italiam quæ arma cōmouerit: qualia per triennium bella excitauerit: quantos populos implicuerit: odio excidioque afflixerit ludi litterarii disciplina nostræ quoque memoriæ institū est. Horum præterea temporū medio interiacent exilia. naufragiaq; Græcoꝝ Pelopensium clades: Codro moriente. fatorum ignari Thraces noua in bella surgentes. & generalis tunc per totam Asiam Græciamque commotio.

De Sardanapalo rege Assyrioꝝ nouissimo. Cap. 19

a Nno ante urbem conditam. lx. iiii. nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapalus: uir muliere corruptior: qui inter scortoruꝫ greges fœmineo habitu purpuram colo tractans a præfecto suo Arbacto: qui tūc Medis præerat uisus: atque execrationi habitus mox etiam excitis Medorum populis ad bellum prouocatus & uictus ardēte pyræ se iniecit. Exbinc regnum Assyriorū in Medos concessit. Deide multis præliis undique scatentibus: quæ per ordinem differere nequaquam aptum uidetur: per uarios prouentus ad Scbytas Chaldæosque: & rursus ad Medos

parili uia rediit:In qua breuitate pensandū est:quantae ruinae cladesque gētiū fuere.quanta bella fluxerunt:ubi totiens tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis Phraortes imperitauit:qui creberrimis Persarum Assyriorumq̄ bellis uiginti & duos regni sui annos consumpsit.Post hunc Diocles regnauit: uir armis expertissimus.semperque bellis immoratus:qui auctū late imperiū moriens Astyagi dedit.Astyages uirili prole uacuus Cyrum nepotem apud Persas genitū habuit.Sed Cyrus mox:ut adoleuit:congregata Persarū manu auo certamen indixit.Porro Astyages oblitus sceleris sui: quod ī Harpalum dudum admiserat:cum filiū eius unicum & paruulum interfecit:epulandūq̄ patri apposuit:ac: ne quid infelicissime orbitati felix ignorantia subtraberet: infames epulas ostensis patri cum capite manibus improperauit.Huius ergo facti immemor ipsi Harpalo summam belli cōmisit:qui acceptum exercitū statim Cyro per proditionem tradidit:quo comperto Astyages raptis secū copiis in Persas ipse proficiscitur.acriusque certamen instaurat:proposito suis metu:siquis de prælio cedere moliretur:ferro exciperetur: qua necessitate instanter Medis pugnantibus: pulsa iterum Persarum acies cū paulati cederet: matres & uxores eorum obuiam occurrunt. orant in prælium reuertantur. Cuntantibus sublata uestę obscœna corporis ostendunt: quærentes: num in uteros matrū: uel uxorum uellent refugere. Quo facto erubescentes in præliū redeunt.& facta impressione:quos fugiebant:fugere cōpellunt.Ibi tūc Astyages capitur:cui Cyrus nihil aliud:quam regnum abstulit. eumque maxime Hyrcanorum genti præposuit. In Medos uero ipse reuerti noluit. Is finis imperii Medorum fuit.sed ciuitates: quæ tributariæ Medorum erant: a Cyro defecerant:quæ res Cyro multorum bellorum causa & origo extitit.

Quod Phalaris Siculus tyrannidē arripuit. Cap. 20

e A tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrrānide depopulabatur:qui crudelis mente: commentis crudelior omnia nefarie in innocentes agens inuenit aliquādo: quem iuste puniret iniustus.Nam Perillus quidā æris opifex affectans tyranni amiciciam aptum munus crudelitati illius ratus taurum æneum fecit: cui fabre ianuam e latere composuit:quæ ad contrudendos dampatos receptui foret:ut cum inclusus ibidem subiectis ignibus torreretur:sonum uocis extortæ capacitas concaui æris augeret.pulsuque ferali competens imagini murmur emitteret.nefarioque spectaculo mugitus pecudis:nō hominis gemitus uideretur. Sed Phalaris factum amplexus factorē execratus & ultioni materiā præbuit: & crudelitati.Nam ipsum opificem sua inuentione puniuit.Fuerat etiā paulo superiori tempore apud Latinos rex Romulus: qui per annos .xviii. flagitiis

impietatibusque crescens ad postremum diuino iudicio fulmine interceptus matura supplicia immatura ætate exoluit. Eligant nunc: si uidetur: Latini & Siculi: utrum in diebus Romuli & Phalaris esse maluissent: innocentiuꝫ uitas pœnis extorquentium: an his temporibus christianis: cum imperatores Romani ipsa in primis religione compositi post comminutas / rei publicæ bono tyrannides ne ipsorum quidem iniurias exigunt tyrannorum.

De bello Peloponnensium & Athenienſium. Cap. 21.

a Nno ante urbem conditam. xiii. Peloponnensium Athenienſiũq̃ maximum bellum totis uiribus animisque cõmissum est: In quo cædibus mutuis ad hoc coacti sunt: ut uelut uicti se ab alterutro subtraherent. belloque discederent. Tunc etiaꝫ Amazonũ gẽtis / & Cimmeriorum in Asiam repentinus incursus plurimã diu lateq̃ uastationẽ stragemque edidit. Anno uicesimo ante urbem conditã Lacedæmonii cõtra Mesanios propter spretas uirgines suas ĩ solenni Mesanioꝝ sacrificio per ãnos .xx. indefesso furore bellantes ruinæ suæ totas Græciæ uires implicuerunt: q̃ cum se magnis execrationibus deuouissent: sacramentisque obstrinxissent: domum nisi Mesana expugnata nunquam esse redituros: ac per decẽ ãnos longa fatigati obsidione: nec tamen aliquem uincendi fructum adepti: porro autem & querelis uxorum super longa uiduitate: & periculo sterilitatis contestantiũ permoti reuocarentur: consultatione habita ueriti: ne ĩtercepta spe sobolis sibi magis hac perseuerantia: quã Mesaniis perditio nutriretur: selectos ĩ exercitu eos: qui post iusiurandum in supplementũ militiæ uenerant: Spartã remittũt: quibus promiscuos omnium fœminarum concubitus permisere: infami satis nec tamen utili licentia. Ipsi autem proposito insistentes expugnãt. fraudeque Mesanios uictos seruitio premũt. At illi cruentã diu dominationẽ inter ubera & uincula perpessi iugũ excutiunt. arma sumunt. bellũ ĩstaurãt. Lacedæmonii Tyrteum poetam Athenienſem ducem prælio legunt: qui tribus cõflictibus fusi amissum exercitum: uocata in libertatem seruorum manu: suppleuerunt. Sed: cum sic quoque desistendum certamine propter metũ piculi arbitrarentur: Tyrtei poetæ / & ducis composito carmine: & pro cõcione recitato: rursus accensi mox in certamen ruunt. Tantaque ui animoꝝ concursum est: ut raro unquam cruentius prælium exarserit. At postremũ tamen uictoria Lacedæmoniorũ fuit. Tertio Mesanii reparauere certamẽ. nec Lacedæmoniis mora in auxilium copias multas utrinq̃ duxerunt. Atheniẽses uero Lacedæmonios alibi intentos e diuerso aggredi parant. nec Lacedæmonii quieuere. Nam ipsi in Mesanios occupati Peloponnenses ĩmiserunt: qui Atheniẽses bello excipẽt. Athenienses autem missa in Aegyptum parua classe impares uiribus nauali

congreſſu facile uincuntur. Debinc recepta claſſe aucti etiam militu3 robore uictores in prælium uocant. Lacedæmonii quoque omiſſis Meſaniis in Athenienſes arma cõuertũt. Diu graues & uariæ pugnæ & anceps uictoriæ ſtatus: quare ad poſtremum pendente euẽtu utrinque diſceſſum eſt. Sciẽdum tamẽ eſt: ipſam eſſe Spartam: quam Lacedæmoniam ciuitatem dicunt: atq; inde Lacedæmonios Spartanos dici. Igitur ide reuocati Lacedæmonii ad Meſaniorum bellum: ne medium tempus ocioſum Athenienſibus relinquerent: cũ Thebanis paciſcuntur: ut Boetiorum imperium eis reſtituerent: quod tẽporibus belli Perſici amiſerant: ſi illi Athenienſium bella ſuſciperent. Tãtus furor Spartanorum erat: ut duobus bellis impliciti ſuſcipere terminũ nõ recuſarẽt: dũmodo inimicis ſuis hoſtes acquirerent. Athenienſes tanta bellor3 tẽpeſtate permoti duos duces deligunt: Periclem ſpectatæ uirtutis uir3: & Sophoclem ſcriptorem tragœdiarum: qui diuiſo exercitu & Spartanorum fines late populati ſunt. & multas Aſiæ ciuitates Athenienſium imperio adiecerũt. Hinc porro per annos. l. incerta ſemper uictoria terra marique pugnatum ẽ: donec Spartani & opibus imminutis & fide profligata ſociis quoque probro fuere. Sed hæc per tot ætatum uolumina incubuiſſe Græciæ paruipenditur. Nunc autem interpellari interdum uoluptates & impediri parumper libidines non ſuſtinetur. quanquam inter illius temporis homines atque iſtius hoc ĩtereſt: quod illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant: quia in his nati: uel enutriti erant. & meliora non nouerant. Iſti autem perpetuo in uita ſua tranquillitatũ & deliciarum ſereno aſſuefacti: ad omne uel modicum obductæ ſollicitudinis nubilum commouentur. Atque utinam ipſum depulſorem huius uel modicæ inquietudinis precarentur: cuius munere hanc ignoratam aliis temporibus iugitatem pacis habuerunt. Et: quoniam ſpopondiſſe me memini: cum ueluti articulis quibuſdam dicendi ordinem definirem: dicturum me eſſe ab orbe condito uſque ad urbem conditam: huic uolumini: quod ab orbe condito explicuimus: finis hic ſit: ut ab urbe condita ſequẽs libellus incipiat: q cõtextiora illorum temporum mala exercitationibus quippe ad nequiciam atque erudi/tioribus hominibus continebit.

PAVLI OROSII HISTORIARVM SECVNDI LIBRI INITIVM.

Eminem iam esse hominuz arbitror: quē latere possit: quod hominem in hoc mundo deus fecerit: unde etiaz peccante homine mundus arguitur. ac propter nostrā
n intemperantiam comprimendam terra hæc: in qua uiuimus: defectu cæterorum animaliū/& sterilitate suoꝝ fructuum castigatur. Itaque si creatura dei merito: & dispensatio dei sumus: quis magis diligit eam: quam ille: qui fecit? Quis autem ordinatius regit: quam is: qui & fecit & diligit? Quis uero sapientius & fortius ordinare & regere facta potest: quā: qui & facienda prouidit. & prouisa perfecit? Quapropter omnem potestatem a deo esse: omnemque ordinationem & qui non legunt: sentiūt. & qui legunt: cognoscūt. Quodsi potestates a deo sunt: quāto magis regna: a quibus reliquæ potestates progrediuntur? si autem regna diuersa: quanto æquius regnum aliquod maximum: cui reliquorum regnorū potestas uniuersa subiicitur? Quale a principio Babylonicum. & deinde Macedonicum fuit. post etiam Aphricanuz: atque in fine Romanum: quod usque ad nunc manet. eademq̄ ineffabili ordinatione per quatuor mundi cardines. iiii. regnoꝝ principatus fuere distinctis gradibus eminentes: ut Babylonicum regnum ab oriente. a meridie Carthaginense. a septentrione Macedonicum. ab occidente Romanum: Quorū inter primum & nouissimum: id est inter Babylonicum & Romanuz: quasi inter patrē senē/ ac filium paruum Aphricanum & Macedonicū breuia & media: quasi tutor curatorque uenerūt: potestate temporis non iure hæreditatis admissa: Quod utrum ita sit: apertissime expedire curabo.

De Nino rege Assyriorum occiso. Cap. 1.

Ex primus apud Assyrios: q eminere cæteris potuit: Ninus fuit.
r Occiso Nino Semiramis uxor eius totius Asyæ regia Babyloniā urbem instaurauit. caputque regni Assyrii: ut esset: instituit. Regnuz Assyrioꝝ diu inconcussa potentia stetit. sed cū Arbactus: quem alii Arbacem uocant præfectus Medorum: idemque natione Medus Sardanapalum regem suum apud Babyloniam interfeciſſet: regni nomen & summam ad Medos transtulit. Ita Nini & Babylonis regnuz eo āno i Medos deriuatum est: quo anno apud Latinos Procas Amulii & Numitoris pater: auus autem Rheæ Siluiæ: quæ mater Romuli fuit: regnare cœpit. Vt autez omnia hæc ineffabilibus mysteriis & profundissimis dei iudiciis disposita nō aut humanis uiribus aut incertis casibus accidisse perdoceam: omēs historiæ antiquæ a Nino incipiunt. omnes historiæ Romanæ a Proca exoriuntur. Deinde a primo anno imperii Nini usque quo Babylon a Semiramide instaurari

coepta est: interueniunt anni. lx. iiii. Et a primo anno Procæ cū regnare coepit usque ad conditionem urbis factam a Romulo: intersunt anni æque. lx. iiii. Ita regnante Proca futuræ Romæ sementis iacta est. & si nō dū germē apparet. Eodem anno ipsius Procæ regni Babylonis regnum defecit: & si adhuc Babylon ipsa consistit. Discedente autem Arbacto ī Medos partem regni penes se retinuere Chaldæi: qui Babyloniam sibi aduersum Medos uendicauerunt. Ita Babyloniæ potestas apud Medos. proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi autem propter antiquam regiæ urbis dignitatem non illam suam. sed se illius uocari maluerunt: Vnde factum est: ut Nabuchodonosor cæterique post eū usque ad Cyrum reges quanuis Chaldæorum uiribus potentes: & Babyloniæ noie clari legantur: in numero tamen & ordine regū non habeantur illustriū.

Quando Babylon illa cecidit. & Roma surrexit. Cap. 2

b Abylon itaque eo ānno sub Arbacto præfecto dehonorata ē: quo Roma sub Proca rege: ut proprie dixerim: seminata est. Babylō nouissime eo tempore a Cyro rege subuersa: quo primū Roma a Tarquiniorum regum dominatione liberata est. Siquidē sub una eademque conuenientia tēporū illa cecidit. ista surrexit. Illa tunc primū alienigenarum perpessa dominatum. hæc tunc primum etiā suorū aspernata fastidium. Illa tunc: quasi moriens dimisit hæreditatem. hæc uero pubescens tunc se agnouit hæredem. Tunc orientis occidit imperium. & ortū est occidentis. Et ne diutius uerbis morer: committo me dentibus insanientium: sed ueritatis præsidio liberandum. Regnauit Ninus annis. lii. medio imperii sui tempore Babyloniam caput regni condidit.

De Babylone & Roma. Cap. 3

i Tem Babylon post annos. M. c. lxiiii. quam condita erat: a Medis & Arbacto rege eorum: præfecto autem suo spoliata opibus & regno. atque ipso rege priuata est. ipsa tamen post aliquandiu mansit incolumis. Similiter & Roma post ānos totidem: hoc ē. M. c. lxiiii. a Gotis & ab Alarico rege eorum: comite autem suo irrupta: & opibus spoliata: non regno: manet adhuc. & regnat incolumis: quanuis intantū arcanis statutis in utranque urbem conuenientiæ totius ordo seruatus sit: ut & ibi præfectus eius Artabus regnum inuaserit: & hic huius præfectus Attalus regnare tentauerit: tam & si apud hāc solam merito christiani impatoris Honorii attentatio prophana uacuata sit. Itaque hæc ob hoc præcipue commemoranda credidi: ut tanto arcano ineffabilium iudiciorum dei ex parte

patefacto intelligant hi: q̄ ĩsipienter utiq̄ de tēporibus christianis murmurāt: unu3 deum ꝺiſpoſuiſſe tempora. & in principio Babyloniis & ĩ fine Romanis. Illius clementiæ eſſe: quod uiuimus. quod autem miſere uiuimus: intempātiæ noſtræ. Ecce ſimilis Babyloniæ ortus. & Romæ ſimilis potentia. ſimilis magnitudo. ſimilia tempora. ſimilia bona. ſimilia mala: tam & ſi nō ſimilis exitus: ſimiliſue defectus. Illa enim regnū amiſit. hæc retinet. Illa interfectione regis orbata. hæc incolumi imperatore ſecura eſt. Et hoc quare? quoniā ibi in rege libidinū punita turpitudo. hic chriſtianæ religionis continentiſſima æquitas in rege ſeruata eſt. Ibi abſque religionis reuerentia auiditatē uoluptatis licētia furoris impleuit. hic & chriſtiani fuerunt: qui parcerent: & propter quorum memoriam: & ĩ quorum memoria parceretur. Quapropter deſināt religionē lacerare: & laceſſere patientiam dei: propter quam habent quod habent. & uti nam hoc quoque impunitum habeant: ſi aliquando deſiſtant. Recolant ſane mecum maiorum ſuorum tempora bellis ĩquietiſſima: ſceleribus execrabilia: diſſenſionibus fœda: miſeriis continuatiſſima: quæ & merito poſſunt horrere: qui affuere: & neceſſario debent rogare: ne ſint. eum ſane rogare ſolum deum: qui & tunc occulta iuſticia permiſit: ut fierent. & nunc aperta miſericordia præſtat: ut nō ſint: quæ modo a me plenius ab ipſo urbis exordio peruolutis p ordinem hiſtoriis proferentur.

Vrbs Roma in Italia condita. Cap 4

a Nno igitur poſt euerſionē Troiæ circiter. cccxxxv. Olympiade autem ſexta: quæ quinto demum anno quatuor ĩ medio expletis apud Elidē Græciæ ciuitatem agone et ludis exercere ſolet: urbs Roma in Italia a Remo & Romulo geminis auctoribus cōdita eſt: Cuius regnum continuo Romulus parricidio imbuit. pariq̄ ſucceſſu crudelitatis ſine more raptas Sabinas improbis nuptiis confœderatas maritorū & parentū cruore dotauit. Itaque Romulus ĩterfecto primū auo Numitore: debinc Remo fratre arripuit imperium. urbemque conſtituit. Regnum/aui. muros/fratris. templum/ſoceri ſanguine dedicauit. ſceleratoꝝ manu ꝑmiſcua impunitate collegit. Primus illi campus ad bellum foꝝ urbis fuit. miſta ſimul externa ciuiliaque bella nunquam defutura ſignificans. Sabinorum: quos fœdere ludiſque pellexerat: fœminas tam inhoneſte præſumpſit: quam nefarie defendit. Ducem eorum Titum Tatiū ſenem: boneſtis pietatis cāis ĩſiſtentē: diu armis propulſatum mox: ut in ſocietatem regni aſſumpſit: occidit. Cum Veientibus præliu3 adhuc paruo nomine magnis uiribus agitatū ē. Ceninēſiū captum ac dirutum oppidum. aſſumptis ſemel armis nunquā quies fuit: qppe quibus egeſtas turpis atque obſcœna fames domi timeretur: ſi unquam paci acquieuiſſent. Iam hinc inceſſabilia certamina: & iuxta quantitatem uirium

ſemper grauia quambreuiſſime ſtrinxero: Tullum Hoſtilium militaris rei inſtitutorem fiducia bene exercitatæ iuuentutis Albanis intuliſſe belluz: & diu altrinſecus ſpe icerta certaque clade tandem peſſimos exitus & dubios euẽtus compendioſa tergeminoruz congreſſione finiſſe. Rurſus pace dirupta Metiũ Suffetium Fidẽnate bello meditata etiam proditione ſuſpenſum: curribus in diuerſa raptantibus duplicis animi noxam pœna diuiſi corporis expendiſſe. Latinos Anco Martio duce ſæpe congreſſos: aliquando ſuperatos. Tarqniuz Priſcum omnes finitimos & potentes tunc. xii. Thuſciæ populos innumeris concidiſſe conflictibus. Veientes Seruio Tullio inſiſtẽte uictos fuiſſe: nec domitos. Tarquinii Superbi regnum occiſo ſocero ſcelere aſſumptum: habita ĩ ciues crudelitate detentum: flagitio adulteratæ Lucretiæ amiſſum. & intus domeſtica uitia: uirtuteſque forinſecus emicantes: id eſt oppida ualida ĩ Latio per eum capta Ardeam/Ocricolum/Sinueſſam/Pometiamque: & quicquid in Gabios: uel fraude propria: uel pœna filii: uel Romanis uiribus ꝓpetrauit. Sed Romani quanta mala per. cc. xl. &. iiii. annos continua illa regũ. domina/tione pertulerint: non ſolum unius regis expulſio. uerum etiam abiuratio regii nominis & poteſtatis oſtendit. Nam ſi unius tantum ſuperbia fuiſſet ĩ culpa: ipſum ſolum oportuiſſet expelli: ſeruata regia dignitate. Melioribus igitur re/gibus urbe propulſis Romani conſulendum ſibi: quam cuiquam ſuæ libertati dominandum rati conſules creauerunt: quibus ueluti adulta rei publicæ cre/ſcentis ætas robuſtioribus auſis exercebatur.

Cap. 5

a Nno poſt urbem conditam. cc. xl. iiii. Brutus primus apud Romanos conſul primum conditorem regemque Romæ non ſoluz exæquare parricidio: ſed & uincere ſtuduit. Quippe duos filios adoleſcentes totidemque uxoris ſuæ fratres Vitellios iuuenes reuocandorum in urbe regum placito inſimulatos in concionẽ protraxit. uirgis cecidit. ſecurique percuſſit. Ipſe deinde Veientum Tarquinienſiumque bello cum Arunte Superbi filio congreſſu ſibi commortuoque ꝓcubuit. Porſenna rex Hetruſcoꝝ grauiſſimus regii nominis ſuffragator Tarquinienſiũ manum ingerens tribus continuis annis trepidam urbem terruit. concluſit. obſedit. & niſi boſtem uel mutuis conſtanti urendæ manus patientia: uel uirgo Cloelia admirabili tranſmeati fluminis audacia ꝓmouiſſet: profecto Romani cõpulſi fuiſſent perpeti aut captiuitatẽ boſte inſiſtente ſuperati: aut ſeruitutẽ recepto rege ſubiecti. Poſt hæc Sabini corraſis undique copiis magno apparatu belli Romam contendunt: quo metu conſternati Romani dictatorẽ creat: cuius auctoritas & potentia conſulem præiret: quæ res in illo tunc bello plurimum emolumenti tulit. Sequitur diſceſſio plebis a patribus cuz Marco Valeriano dictatore delectum militum agente uariis populus ſtimulatus iniuriis ſacruz

montem insedit armatus: qua pernicie quid atrocius: cum corpus a capite de/
sectum perditionem eius: per quod spirabat: meditaretur? actūque de Romāo
nomine intestina pernicie foret: nisi maturata reconciliatio subrepsisset prius:
quam se discessio ipsa cognosceret. urget enim se atque imminet sibi extra illas
apertas bellorum clades succesſu misero clamdestina pernicies. Quippe Tito
Gessonio & Publio Numitio consulibus duo uel maxima omnium malorum
abominamenta fames & pestilentia fessam urbem corripuere. Cessatum est
paulisper a præliis. cessatum tamen a mortibus non est. Veientes & Hetrusci
graues hostes adiunctis sibi finitimoruꝫ copiis in bella surgētes obuiis Marco
Fabio & Gneo Manlio consulibus excipiuntur: ubi post sacramētū iuratiō is:
quo se Romani deuouerant: non nisi post uictoriam ad castra redituros: adeo
atrox certamē fuit: ut uictis uictoribusque par forma eēt: & amisso plurimo
exercitu: occisisque in pugna Manlio consule, & Fabio consulari Marcus Fa/
bius consul oblatum sibi a senatu triumphum suscipere recusaret: quia tantis
rei publicæ detrimentis luctus potius debebatur. Glorioſissima illa numero &
uiribus Fabiorum familia Veientanum sortita certamen quantā rei publicæ
orbitatem occasu suo intulerit: ifamibus usque nunc uocabulis testes sunt flu/
uius: qui perdidit: & porta: quæ emisit. Nā cū sex & .ccc. Fabii uere clarissima
Romāi status lumia speciale sibi aduersuꝫ Veiētes decerni bellū expetiuissent:
spem temere sumptæ expeditionis primis successibus firmauerunt. Debinc
inducti in insidias: circunuentique ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt:
uno tantum ad enuntiandam cladem reseruato: ut miserius audiret patria per
ditos: quam perdidisset. Ad hæc non Romæ tantū talia gerebantur, sed quæq̄
prouincia suis ignibus æstuabat. &: quod poeta præcipuus in una urbe de/
scripsit: ego de toto orbe descripseriꝫ. Crudelis ubique luctus, ubique pauor, &
plurima mortis imago.

De regno Persarum & Cyro rege. Cap. 6

i Gitur eodem tempore Cyrus rex Persarum: queꝫ superius expli/
candæ historiæ causa cōmemoraueram: qui tunc Asiā/ Scythiā/
totumque orienteꝫ armis peruagabatur: cū Tarquinius Supbus
urbem: uel rex: uel hostis aut seruitio premebat: aut bello: Cyrus:
ut dixi: cunctis: aduersum quos ierat: perdomitis: Assyrios & Babyloniā petit
gentem, urbemque tunc cunctis opulentioreꝫ, sed impetū eius Gāges fluuius
secundæ post Euphratem magnitudinis intercepit. Nam cum unum regioꝝ
equorum candore formaque præcipuum cum equite transmeandi fiducia
persuaso: qua per rapacem alueum offensi uada uorticis attollebantur: abre/
ptum præcipitatumque mersisset: rex iratus ulcisci i amnē statuit: cōtestās:

eum:qui tam præclarum equm equitemque uoraſſet:fœminis uix genua tin
gentibus a ſe permeabilem relinquendum.Nec in pagẽdo ſegnior totis copiis
perpete anno Gangem fluuium per magnas conciſum deductumque foſſas
in.cccc.& lx.alueos cõminuit.Eo opere perdoctis foſſoribus etiã Euphraten
longe ualidiſſimum/& mediam Babyloniam interfluentẽ deriuauit. Ac ſic
meabilibus uadis ſiccum: etiam patentibus aluei partibus iter fecit. cepitque
urbem:quam uel opere humano extrui potuiſſe: uel humana uirtute deſtrui
poſſe utrũq̃ pene incredibile apud mortales erat. Nãq̃ Babyloniã a Nẽbroth
gygante fundatam:a Nino:uel Semiramide reparatã multi prodidere. Hæc
cãpi planicie undique cõſpicua: natura loci lætiſſima:caſtrorũ facie moribus
paribus per quadrum diſpoſita.murorum eius uix credibili relatu firmitas &
magnitudo.id eſt latitudo cubitorum.l.altitudo quater tanta.Cæterũ ãbitus
eius.cccc.lxxx.ſtadiis circũuenitur.Murus coctili latere atque interfuſo bitu
mine compactus.foſſa extrinſecus late patens uice amnis circũfluit.A frõte
muroruẽ.c.portæ æreæ.Ipſa autẽ latitudo in conſummatione pinnarũ:utroq̃
latere habitaculis defenſorum æque diſpoſitis media intercapedine actas qua/
drigas capit.domus intrinſecus quater geminæ habitatiões minaci ꝓceritate
mirabiles.Et tamen magna illa Babylon prima poſt reparationem humani
generis condita: nunc pene etiam minima mora uicta/capta/ac ſubuerſa eſt.
Ibi tunc Croeſus rex Lydorum famoſus opibus:cuẽ ad auxiliãdũ Babyloniis
ueniſſet:uictus ſolicituſque in regnum refugit.Cyrus autẽ poſtea quã Baby/
loniam:ut hoſtis inuaſit:ut uictor euertit:ut rex diſpoſuit: bellum traſtulit in
Lydiam:ubi conterritum ſuperiore iã prælio exercitũ nullo negocio ſupauit.
Ipſum etiam Croeſum cepit.captumque uita & patrimonio donauit. Exag/
gerare hoc loco mutabilium rerum iſtabiles ſtatus non opus ẽ.quicquid enĩ
eſt opere & manu factũ labi & conſumi uetuſtatæ Babylon capta cõfirmat:
cuius ut primum imperium ac potentiſſimum extitit: ita primum ceſſit. &
ueluti quodam iure ſuccedentis ætatis debita poſteris traderetur hæreditas:
ipſis quoque eandem tradendi formulam ſeruaturis:ita ad ꝓxima aduentantis
Cyri tentamenta ſuccubuit magna Babylon.& ingens Lydia.ampliſſima ori
entis cum capite ſuo brachia unius prælii expeditione ceciderunt.& noſtri in
circũſpecta anxietate cauſantur:ſi potentiſſimæ illæ quondam Romanæ rei
publicæ moles nũc magis imbecillitate propriæ ſenectutis:quã alienis cõcuſſæ
uiribus contremiſcunt.

Cyrus Scythis bellum intulit.& a Tomyri regina: quæ tunc eis præerat:
uictus.& occiſus eſt. Cap. 7

Gitur Cyrus proximi temporis ſucceſſu Scythis bellum intulit: queẽ
Tomyris regina:quæ tunc genti præerat cũẽ prohibere tranſitũ araxis

fluminis posset: transire permisit primum propter fiduciam sui: deinde propter opportunitatem ex obiectu fluminis hostis inclusi. Cyrus itaque Scythiam ingressus procul a trāsmisso flumine castra metatus, insup astu eadē istructa uino epulisque deseruit: quasi territus refugisset. Hoc comperto regina tertiā partem copiarum & filium adolescentulum ad persequendum Cyrum mittit. Barbari ueluti ad epulas inuitati primum ebrietate uincuntur, mox reuertēte Cyro uniuersi cū adolescente obtruncātur. Tomyris exercitu ac filio amisso uel matris: uel reginæ dolorē sanguine hostium diluere promptius: quam suis lachrimis parat. Simulat diffidentiam desperatione cladis illatæ, paulatimque cedendo superbum hostem in insidias uocat. Ibi quippe compositis iter mōtes insidiis, cc. M. Persarum cum ipso rege deleuit: adiecta super omnia illius rei admiratione: quod nec nuntius quidem tantæ cladis superfuit. Regina caput Cyri āputari: atque in utrem humano sanguine oppletum coniici iubet: non muliebriter increpitans, satia te sanguine: quem sitisti: cuius per annos: xxx, insatiabilis perseueraſti.

Darius post aliquantum tempus: occiso Cyrō rege regnū suscepit.

Cap. 8

a Anno ab urbe condita, cc. xl: quinto Darius Cyro apud Scythas interfecto post aliquantulum interuallum sorte regnū adeptus ē: Regnauit enim medius eorum Cambyses Cyri filius: q deuicta Aegypto cunctam Aegypti religionē abominatus cæremonias & templa eius deposuit. Post hunc etiam magi duo sub nomine: quē occiderant: regis regno obrepere ausi: qui quidem mox deprehensi & oppressi sunt. Darius itaque unus ex his: qui magorum audaciā ferro coercuerant: cōsensu omnium rex creatus est: qui postquam Assyrios ac Babyloniam Persarum regno deficiente bello recuperauit: Attyro rege Scytharum hac uel maxime causa bellum intulit: quod filiæ eius petitas sibi nuptias nō obtinuisset. Magna scilicet necessitas pro unius libidine hominis, dvii. M. uirorum piculo mortis exponi. Incredibili quippe apparatu cū. dvii. M. armatorum Scythiā ingressus: nō facientibus hostibus iustæ pugnæ potestatem: insup repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus: metuens ne sibi reditus interrupto pōte Istri fluminis negaretur: amissis, lxxx. M. bellatorum trepidus refugit: quanuis hūc amissorum numerum inter damna non duxerit. & quem habendū uix quisquā ābire ausus esset: perditum ille non sensit. Inde Asiam Macedoniamq aggressus perdomuit. Ionas quoque nauali congressione superauit. Deide in Athenienses: quod Ionas aduersum se auxilio iuuissent: impetum fecit. atque arma direxit. Porro Athenienses: ubi aduentare Darium compererunt: quanuis auxilium a Lacedæmoniis popposcissent: tamen cū detineri Persas quatriduanæ religiois

ocio compertũ haberent: ſpem occaſione ſumentes: inſtructis tantum .x.M. armatoꝝ ciuiũ/& Platæẽſibus auxiliaribus .M. aduerſuꝫ .dc. milia boſtiũ cãpis Marathoniis proruperũt. Melciades ei tunc bello præfuit: q̃ celeritate magis: quã uirtute fretus alacri ſatis expeditione prius boſti cõminus inbæſit: quam poſſet expedito ſagittarũ iactu propulſari. Tanta in eo bello diuerſitas certãdi fuit: ut ex alia parte uiri ad occidendum parati: ex alia pecudes ad moriẽdum præparatæ putarentur .cc. Perſarũ apud campos Marathonios ea tẽpeſtate ceciderunt. Senſit Darius hoc damnum. Nã uictus/fugatuſque arreptis naui bus refugit in Perſas. Cum autem inſtauraret bellum: & ulciſci in uictores moliretur: in ipſo apparatu concidit olympiade ſeptuageſima quarta: hoc eſt poſt urbem conditam anno .cc.lxx. quinto: quo tẽpore Romæ Popilia uirgo ob crimen ſtupri uiua defoſſa eſt. Xerxes Dario patri in regno ſuccedẽs bellũ aduerſus Græciam a patre ſuſceptum: per quinquenniuꝫ inſtruxit: quod De/maratus Lacedæmoniis: qui tunc forte apud Xerxen exulabat per tabellas pri mum ſcriptas: deinde cæratas ſuis prodidit.

Xerxes Dario in regnum patris ſucceſſit. Cap. 9.

i Gitur Xerxes .dcc.M. armatorũ de regno. &. ccc.M. de auxiliis/roſtratas &iam naues .M.cc. onerarias autem tria.M. numero habuiſſe narratur: ut merito inopinato exercitui/imẽſæque claſſi uix ad potum flumina: uix ad ingreſſum terras: uix maria ad cur ſum ſuffeciſſe memoratũ ſit. Huic tã incredibili temporibus noſtris agmini: cuius numerum nunc difficilius eſt aſtrui: quam tunc fuit uici: Leonides rex Spartanorum cum .iiii.M. hominum in anguſtiis thermopylarum obſtitit. Xerxes autem contemptu paucitatis obiectæ iniri pugnam. conſeri manum imperat. Porro illi: quorum cognati/& commanipulares i cãpis Marathoniis occubuerant & certaminis ſimul & cladis extitere principiũ. Deinde ſuccedẽs ſibi turba maior/ac ſegnior: cum iam neque ad procurrendum libera: neque ad pugnandnm expedita: neque ad fugiendum prompta ſolis mortibus ſubia/ceret: triduo continuo non duorũ pugna. ſed cædes unius populi fuit. Quarto autẽ die cum uideret Leonides undique boſtẽ circũfundi: hortatur auxilia/res ſocios: ut ſubtrahentes ſe pugnæ in cacumen mõtis euadãt: ac ſe ad meliora tempora reſeruent. Sibi uero cum Spartanis ſuis aliam ſortem eẽ ſubeundaꝫ. plus ſe patriæ debere: quã uitæ. Dimiſſis ſociis Spartanos admonet: de gloria plurimum: de uita nihil ſperandum: neque expectandum uel boſtem: uel dieꝫ: ſed occaſione noctis prorumpenda caſtra: commiſcenda arma: conturbanda agmina eſſe. Nuſquam uictores honeſtius: quam in caſtris boſtiũ eẽ pituros. Perſuaſi igitur mori malle in ultionem futuræ mortis armantur: tãquaꝫ ipſi

interitum ſuum & exigerent & uindicarent. Mirum dictu ſecenti uiri caſtra .dc.M.irrumpũt.tumultus caſtris totis oritur.Perſæ quoque ipſi Spartanos adiuuãt mutuis cædibus ſuis.Spartani quærẽtes regem:nec iueniẽtes cædũt. ſternũtque omnia caſtra.peruagantur uniuerſa. & inter denſas ſtrues corpor raros homines uix ſequntur. Victores ſine dubio nõ eſſent:niſi mori elegiſſent. Prælium a principio noctis in maiorem partem diei tractum.ad poſtremum uincendo fatigati:ubi quiſque eorum deficientibus mẽbris uiſus ẽ ſibi mortis ſuæ ultione ſatiatus:ibi inter impedimenta cadauerum/campumq̃ craſſu3 & ſemigelatum ſanguine palpitando lapſus & mortuus eſt . Xerxes bis uictus in terra nauale prælium parat.Sed Themiſtocles dux Athenienſiu3 cũ intellexiſſet Ionas:quibus dum auxilium ſuperiori bello præbet:in ſe Perſar impetum uerterat:in auxilium Xerxis inſtructam claſſem deducere:ſollicitare eos parti ſuæ boſtique ſubtrahere ſtatuit.Et quia colloquẽdi facultas negabatur:locis: ad quæ Iones acceſſuri nauibus uidebantur : proponi ſymbola/ſaxiſque affigi iubet:ſocios quondam & participes periculorum:nunc autem iniuſte agentes apta increpatione corripiens:atque ad antiquorum iura fœderum religioſa adhortatione perſuadens:præcipueque admonẽs:uti commiſſo prælio cedentiu3 uice inbibeãt remos.ſeſeque bello auferant.Igitur rex partẽ nauiũ ſibi detinens ſpectator pugnæ in litore manet.Contra autem Artemidora regina Halicarnaſi:quæ in auxiliu3 Xerxi uenerat : inter duces primos acerrĩe bello ĩmiſcetur ita:ut uerſa uice ĩ uiro fœminea cautela:ĩ fœmina uirilis audacia ſpectaretur. Cum autem anceps pugna eſſet:Iones iuxta præceptũ Themiſtoclis paulatiu3 ſe certamini ſubtrabere cœperunt:quorum defectio Perſas iam fuga3 circũſpicientes aperte fugere perſuaſit:in qua trepidatione multæ naues captæ merſæque ſunt.Plures tamen ſæuitiam regis:uelut immanitatem boſtis timentes domum dilabuntur.Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur:ſuadẽs regem in regnum redire oportere prius : quam aduerſa fama nouas res domi moliretur.Se autem : ſi reſiduæ ſibi copiæ traderentur : & ultionem ab boſte exacturũ :& ignominiã domeſticam propulſaturum:aut ſi aduerſa belli perſeueraſſent:ceſſurum ſe quidẽ boſti ſed tamen ſine regis infamia. ꝓbato cõſilio exercitus Mardonio traditur.Rex Abydum:ubi pontem ueluti uictor maris conſeruerat:cum paucis proficiſcitur. Sed cum pontẽ hybernis tẽpeſtatibus diſſolutum offendiſſet:piſcatoria ſcapha trepidus tranſiit. Erat ſane:quod ſpectare humanũ genus:& dolere debuerat : mutationes rerum hac uel maxime uarietate permetiens: exiguo contentu3 latere nauigio: ſub quo ipſum pelagus ante latuiſſet:& iugum captiuitatis ſuæ uinctũ põte portaſſet: uiliſſimo unius ſeruuli egere miniſterio:cuius potentiæ:dũ montes excidũtur.ualles replẽtur. amnes exhauriũtur. ipſa etiam rerum natura ceſſiſſet.pedeſtres quoq̃ copiæ: quæ ducibus cõmiſſæ fuerant:labore/fame/ac metu tabuerunt.& crudeſcẽte

morbo tanta peſtis / tantaque fœditas morientium exorta eſt: ut uiæ ca/ daueribus replerentur: diræ etiam alites atque improbæ beſtiæ eſcarum illecebris ſollicitatæ moribundum ſequerentur exercitū. At uero Mardonius: cui reliqua belli Xerxes commiſerat: afflatus primum ſucceſſu breui mox in extrema deiectus eſt. Olynthum ſiquidem Græciæ oppidum expugnauit. Athenienſes uaria ſollicitatione adducere in ſpem pacis aggreſſus eſt: ubi in/ expugnabilem eorum libertatem uidet: incenſa urbis parte in omnē Boetiam belli apparatum deducit. Illuc quoque eum. c. M. Græcorum inſecuta ſunt. & cōmiſſo ſine mora prælio Mardoniū deletis copiis ipſius: uelut e naufragio nudum cum paucis fugere compulerunt. caſtra regiis opibus referta ceperūt non paruo quidem antiquæ induſtriæ dāno. Nā poſt iſtius prædæ diuiſionē aurum Perſicū prima uirtutis Græciæ corruptio fuit. Vrget igitur iceptus miſeros extrēa perditio. Nam forte eodē die: quo in Boetiam Mardonii co/ piæ delatæ ſunt: pars Perſici exercitus in Aſia ſub mœnibus Mycbales nauali prælio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriuſque claſſis & populi īpleuit aures: Mardonii extinctas copias: Græcos extitiſſe uictores. Mira diuini iudi cii ordinatio. In Boetia oriente ſole bellū fuiſſe commiſſum: in Aſia meridiāis boris ſub eadem die tantis ſpatiis maris terræque interiacētibus nūtiatuē: cui rumori: uel maxīæ rei aſtipulatū ē: quod Perſas audita clades ſociorū primuē dolore debic deſperatione correptos: nec bello expeditos: nec fugæ habiles red didit. Atq̄ ita cōſternatos profligatoſque conſtantior factus boſtis ſucceſſu felicitatis inuaſit.

Xerxes rex a ſuis occiſus eſt. Cap. 10.

Xerxes bello in Græcia īfeliciter geſto contemptibilis ſuis factus: per Artabanū præfectum ſuum in regia circūuentuſ occiditur. O tempora deſiderio & recordatione digniſſima. O dies illos in/ offenſæ ſerenitatis: qui nobis ueluti e tenebris reſpiciendi propo/ nuntur: quibus breuiſſimo interuallo de uiſceribus unius regni decies nouies centena milia uirorum tribus proximis regibus tria bella rapuerunt: ut taceaē de infeliciſſima tunc Græcia: quæ totū bunc: de quo nunc bebeſcimus: nūerū moriendo ſuperauit. Leonides ille clariſſimus dux Lacedæmonioruē in bello iſto aduerſus Xerxen: quod ſupremum ipſi atque boſtibus fuit: cum ſecentis famoſiſſima illa incitamenta dixiſſet. prandete: tanquam apud inferos coena/ turi: auxiliaribus tamen: quos excedere bello iubebat: miſericorditer ſuaſit: ut ſe ad meliora tempora reſeruarent. Ecce cum ille promiſerit futura meliora: iſtiq̄ aſſerant meliora præterita: quid aliud colligi datur: utroq̄ ī ſuis deteſtāte præſentia: niſi aut ſemper bona eſſe: ſed ingrata: aut nunqnam omnino futura

meliora! At Romæ: ut ad id temptus redeam: unde digressus sum. neque enim interuallo miseriarum ad alios transire compellor: sed sicut se quondã efferue/scentia mala ubique ipsis actibus colligarunt: ita etiam permista referuntur. nobis quippe conferre inter se tempora urbis: non cuiusquam partis eius labo/ribus insultare propositum est.

Quod grauis pestilentia Romam inuasit. Cap. 11

Romæ ergo post urbem conditam anno. cc. sexagesimo suspenso
r ad modicũ bello grauis pestilentia: quæ semp ibi raras inducias aut factas intercepit: aut: ut fierent coegit: per uniuersaz ciuitatẽ uiolenter incanduit: ut merito præcedente prodigio cœlũ ardere uisum sit: quando caput gentium tanto morborum igne flagrauit. Nã eo ãno Ebutium & Seruilium ãbos consules pestilentia consumpsit. militares copias plurima ex parte cõfecit. multos nobiles præcipueq; plebẽ fœda tabe deleuit: quãuis iam superiori etiaz quarto ãno oborta lues eũdẽ populũ depopulata sit.

Post pestilentiam multa & grauia bella sustinuerunt Romani. Cap. 12

Roxio debinc ãno ciues exules/seruique fugitiui: duce Herdonio
p uiro Sabino inuaserunt: incenderuntq; capitolium: ubi fortissime quidez Valerio consule & imperatore obstitere iuniores. sed adeo atrox & graue discrimẽ prælii fuit: ut ipse quoque cõsul Valerius ibi fuerit occisus. & indignam de seruis uictoriam insuper etiã sua morte fœ/dauerit. Sequitur ãnus: ĩ quo cõuicto exercitu consul obsessus ẽ. Nã Minutiũ consulẽ congressuz prælio Equi/Volscique superarunt. & fugientẽ in Algidũ fame: ferroque cĩxerunt. actumque infeliciter foret: ni Quintius Cincinnatus: præcipuus ille dictator artam obsidionem oppresso hoste soluisset: q repertus ruri ab aratro accersitus ad ĩperii fasces sumpto honore: instructuq; exercitu: mox uictor effectus iugum boum equis imposuit. uictoriamque: quasi stiuaz tenẽs subiugatos hostes per se egit primus. Anno: qui ab urbe cõdita ꝓximus trecentesimo fuit: dum legati ad Athenienses propter Solonis leges deferẽdas missi expectantur: arma Romana fames/pestilentiaque compescuit. Ipso aũt trecentesimo anno: hoc est olympiade nonagesimaquinta potestas consulum decemuiris tradita constituendarum legum Atticarum gratia magnam rei publicæ perniciem ĩuexit. Nam primus ex decẽuiris: cedentibus cæteris solus Appius Claudius sibi continuauit imperium. statimque aliorum coniuratio subsecuta est: ut more contempto: quo insigne imperii penes unum: potestas autem cõmunis erat: omnes omnia propriis libidinibus agitabant. Itaque ĩter

cætera:quæ insolentissime cuncti præsumebant:repente singuli cum duodenis fascibus cæterisque iperii insignibus processerunt.& nouo impbæ ordiatiois incepto, ablegata religione consulum emicuit agmen tyrānoꝝ duabus tabulis legum ad.x.priores additis.augentesque insolentissimo fastu plurima die:quo deponere magistratum mos erat cum iisdem insignibus processerunt.Maxia Appii Claudii libido auxit inuidiam:qui ut Virginiæ uirgini stuprū inferret: prius seruitutis causām intulit.Quam ob reꝫ adactus Virginius pater dolore libertatis / & pudore dedecoris protractā ad seruitutē filiā in conspectu populi pius parricida ꝓstrauit:q̄ populus necessitate atrocitatis ꝓmotus:& piculo libertatis admōitus mōtē Auētinū occupauit armatus.Nec tueri armis libertatē destitit:nisi post q̄ se cōiuratoꝝ cōspiratio ipsis quoq̄ honoribus abdicauit. Tertia & quīta post centesimā olympiade per totū fere annū tā crebri / tāque etiam graues in Italia terræ motus fuerunt:ut de inumeris quassationibus : ac ruinis uillarum oppidorumque assiduis Roma intus fatigaretur . Deinde ita iugis & torrida siccitas fuit:ut præsentis tunc futurique anni spem gingnēdis terræ fructibus abnegarit . His denique temporibus cum Fidennates hostes maximorum auxiliorum manu stipāte terribiles Romanis arcibus imineret: Aemilius tertio dictator magnam mali molem ipsis Fidēnis uix captis depulit.& sanauit.tanta in ipsis erat malorum animoruꝫ contentio:ut uel dōesticæ clades superfusa forinsecus bella oblitterarent: uel post damna belloꝝ iducias relaxatas diuersæ pestes cœlo terraq̄ excādescētes icessabili ifestatiōe corrūperent.

Quod Sicilia semp fuit nutrix tyrannoꝝ. Cap. 13

Sicilia ab initio patria Cyclopum:& post eos semper nutrix tyrannorum fuit.Sæpe etiam captiua seruoruꝫ: quoꝝ primi carnibus hominum inediæ cruciatibus . postremi mortibus pascebantur: excepto eo: quod externis bellis aut præda habebatur:aut præmium.Hæc:ut quambreuissime absoluam: requiem malorum:nisi nunc nescit. immo:ut euidentius diuersitates temporum declarentur:sicut antea uel itesti/nos:uel externos tumultus perpessa ē inter omnes sola semper:ita nūc ex oībus sola nunquam patitur.Nam etiam:ut sileam de diuturnitate uel illius calamitatis:qua pressa est:uel istius econtrario:qua fruitur: pacis: Aetna ipsa : quæ tunc cum excidio urbium atque agrorum crebris eruptioībus æstuabat:nūc tantum innoxia specie ad præteritorum fidem fumat.Igitur:ut prætermittā interim de tyrannis:quorum mox qui fuit ultor/successor effectus est:medio tempore : hoc est anno ab urbe condita.ccc.xxxv . cuꝫ Rhegyni apud Siciliā discordia laborarent:ciuitasque per dissensiōnē diuisa in duas partes esset: pars una ueteranos ab Himera urbe Siciliæ in auxilium uocauit . Porro illi pulsis

ciuitate primum his: contra quos implorabantur: deinde mox cæsis etiã illis: quibus ad auxiliandum conuenerant urbem cum coniugibus & liberis socio⁹ occupauere: ausi facinus nulli tyranno comparandum: quippe: cũ Rhegynis quicquid uis perpeti satius fuerit: quã ut ultro inuitarent: quibus patriam coniuges/liberos/ac penates ipsi extorres ad prædã relinquerent. At etiã Catinẽses: cum Syracusanos graues infestosque paterentur: ab Athenien sibus auxilia poposcerunt. Sed Athenienses suo magis: quam sociorum studio ĩstructã classe⁹ in Siciliam misere: cum & sibi propagare molirentur imperiũ. & Syracusana⁹ classem nuper instructam Lacedæmoniis proficere uererentur. Et quoniam Athenienses: qui missi erant: cæsis hostibus ꝓspera initia sumpserant: maiores copias robustioremque exercitum cũ Lachete & Chariade ducibus ĩ Siciliã reduxerunt. Sed Catinenses belli tedio permoti cum Syracusanis fœdus ĩeũt. auxilia Athenien sium spernunt. Post autem Syracusanis condiciones pacis meditatione dominationis transgredientibus denuo legatos Athenas mittũt: qui capillo barbaque squalidi: & lugubribus pãnis induti misericordiã atque auxilium & sermone & habitu precarentur. Igitur magna classis ĩstruitur ducibus Nicia & Lamacho: tantisque uiribus Sicilia repetitur: ut suffragia sua & hi timerent: qui impetrauissent. Athenienses duas ilico pedestres pugnas secundis successibus faciunt. confertosque in urbe hostes: & obiecta classe circũdatos terra mariq̃ concludũt. At Syracusani fractis/fessisque rebus auxiliũ a Lacedæmoniis petunt: a quibus mox mittitur Gilippus solus quidem: sed in quo omnium præsidiorum instar præferebatur: qui ueniẽs: ut audiuit ĩclinatũ iam belli statum: auxiliis partim in Græcia/partim in Sicilia contractis: opportũa bello loca occupauit. Deinde duobus præliis uictus: nec territus tertio congressu Lamachu⁹ occidit. hostes in fugã uertit. socios obsidiõe liberauit. Hinc Athenienses terrestri prælio uicti experimenta maris ineunt. & nauali certamine parant cõgredi: quo cognito Gilippus classe⁹ ĩstructã a Lacedæmoniis accersit. æque Athenienses in locum amissi ducis Demosthenem & Eurymedontem cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesii quoque cum multaru⁹ urbiũ consensu/& decreto ingentia Syracusanis auxilia misere. Ita sub specie socialis belli domesticos motus exequntur. & quasi de Græcia trasla tum certamen in Siciliam fuerit: sic ex utraque parte summis uiribus dimicatur. Igitur Athenienses prima congressione uincuntur. castra quoque cum omni pecunia uel publica uel priuata: & cum uniuerso ĩstructu diuturnæ expeditionis amittunt. Fractis opibus & in angustum redactis suadet Demosthenes: dum non dũ omnino res perditæ sunt: quãtumlibet uideãtur afflictæ: domum redeant. Siciliaque decedant. Nicias autem pudore male gestarum rerum ab initio desperatior redditus remanere contendit. Reparãt nauale certamen. & mox per insciti ã ir ãgustias Syracusani maris deducti insidiis hostiũ

circunueniuntur. Eurylochus dux primus occiditur .xi. naues incenduntur. Demosthenes & Nicias classē dimittunt: quasi tutius terrēa expeditiōe fugi turi. Gilippus autem primum naues eorum relictas. c. xxx. inuadit. Debīc ipsos fugientes persequi aggressus capit. cæditque quamplurimos. Demosthenes dedecus seruitutis uoluntaria morte declinat. Nicias uero indignam turpem que uitam dedecore captiuitatis accumulat. Igitur Athenienses biēnio apud Siciliam non sine Lacedæmoniorum damno conflictati aliis domi malis circunueniuntur. Alcibiades enim dux pridem aduersus Syracusas pronuntiatus mox ad iudicium pro quadam insimulatione detentus uoluntario exilio Lacedæmoniā se contulit. impulitque Spartanos: ut turbatis Atheniensibus nouo rursum bello insisterent. neque eis respirandi spatium: quin opprimerentur: relaxarent: cui incepto ita Græcia omnis astipulata est: quasi cōmune icēdiū restīguendum bono publico congestis uiribus consuleretur. Darius etiam rex Persarum memor paterni auitique in hāc urbem odii per Thissapherne prælectum Lydiæ cum Lacedæmoniis fœdus pacisciturr. eisque sumptus belli & copias pollicetur. Mirum dictu Athenienſium tantas ea tēpestate opes fuisse: ut cum aduersus eos: hoc est aduersus unam urbem Græciæ/Asiæ/totiusque orientis uiribus incursum sit: pugnando sæpe nec unquam cedendo cōsumpti magis uideantur fuisse: quam uicti. Principio enim Alcibiades omnes socios deficere ab his ad Lacedæmonios coegit. sed & ab his quoque per inuidiam insidias appetitus aufugit. & ad Thissaphernem ī Mediam concessit: cui statī accōmodato īgenio/& apti eloquii gratia familiarior factus persuadet: ne Lacedæmonios tam profusis opibus adiuuaret. iubet: eum potius istius certamis arbitrū/spectatorēque fieri debere. integrasque Lydiæ uires aduersum uictorē reseruandas. Quam ob rem Thissaphernes partem classis cuī aliquāta manu deduci Lacedæmonem iubet: ne uel abundantes suffragiis alieno tuti periculo dimicarent: uel in totum destituti: susceptum certamen omitterent.

Discordia Athenienſium. & bella grauia. Cap. 14

a Apud Athenienses uero cum diu domestica discordia agitaretur: imminente periculo summa imperii ad senatum populi uolūtate trāsfertur. Quippe odio discordiæ nutriuntur. At: ubi necessitas incubuit: post positis priuatis causis atque odiis ī cōmune cōsuli/tur. Sed hoc ipsum cum propter insitam genti superbiaī & tyrānicas libidies pernicioſuī foret: tandeī Alcibiades exul ab exercitu reuocatur. & dux classis constituitur. Quo comperto principes primo Spartanis urbem ꝑdere moliti sunt. deinde cum id frustra cogitassent: in exilium sponte cesserunt. Igitur Alcibiades patria liberata classem in hostes dirigit. Commisso prælio uictoriā

Athenienſes capeſſunt. Porro autē maior pars Spartani exercitus cæſa. duces quoque pene omnes interfecti &. lxxx. naues captæ abſque his: quæ in cōflictu incenſæ demerſæque perierunt. Rurſum bellum in terram tranſlatū Spartanis æque infeliciter ceſſit: quibus rebus fracti Lacedæmonii petiere pacem: nec tamen impetrare potuerunt. Præterea Syracuſana præſidia in Siciliaz audita Carthaginenſis belli īfeſtatione reuocata ſunt. Quā ob rem Alcibiades claſſe uictrici totam Aſiam peruagatur. bellis / incendiis/cædibus rapit. ſternitque omnia. Vrbes: quæ dudum a ſocietate defecerāt: capit. recipitq; quāplurimas. Sic Alcibiades magni nominis factus Athenas cum admiratione & gaudio omniū uictor ingreditur. Paruo poſt īteruallo auget uires. exercitū claſſemq; numero prouehit. rurſumque Aſiam petit. Lacedæmonii uero Lyſandrum ducem claſſi belloque præficiunt. Cyrus autem frater Darii in locū Thiſſaphernis Ioniæ Lidiæque præpoſitus magnis eos opibus auxiliiſque cōfirmat. Lyſander itaque Alcibiadis exercitum prædæ intentum ac per hoc ubique diſperſum ac uagum repentino incurſu opprimit. ſine conflictu aliquos uincit. cæditque fugientes. Magna hæc clades Athenienſibus. & multo atrocius uulnus: quam dudum inflixerant: ſuſceperunt: quo comperto Athenienſes opinati ſunt Alcibiaden antiquum exilii ſui dolorem iſto ſcelere proditionis uindicare curaſſe. ideoque in locum eius Cononem conſtituunt: cui reſiduam manuz & ſummam belli committunt: qui ſupplere ſaltez numero exhauſtas copias uolens ſenes & pueros legit. exercitūque conſcripſit. Sed huiuſmodi manus morā bello non attulit. quippe quod roboremon numero confici ſolet. Itaque ſtatiz imbellis manus uel capta uel cæſa eſt. tantaque ſtrages occiſorum illo prælio facta eſt: ut deletum non ſolum regnum. ſed etiā nomē Athenienſiū uideretur. At illi deſperatis rebus ſtatuunt urbem peregrinis dare: ut: qui per totā Aſiam paulo ante dominati ſunt: nunc ex hac colluuie muros ſaltem libertatemque tueantur. & quanuis uel ſuo iudicio ad hæc tuenda etiam obiectis muris non ſufficiant: iterum tamen experiri nauale prælium parant. Expers cōſilii furor dolorem uirtutem putat. quantumque meditatur ira: tantū ꝓmittit audacia. Itaque omnibus partim captis: partī interfectis de ipſis quoque reliquiis nihil reliqui factum eſt. Solus dux Conon ſuperſtes bello & populo: timens ciuium crudelitatem ad Cyrum regem cōceſſit. Euagoras autē dux Lacedæmonioꝝ adeptis omnibus ciuitatibus nihil Athenienſibus præter īanem urbē reliquit. nec hoc diu. nam & ipſam urbem poſtea obſidione circundedit. Angebat intrinſecus fames/deſolatio & morbus obſeſſos. Et cum poſt omia miſeriarum abominamenta: quæ etiā dicere horroris eſt: nihil ſpei præteritæ preter mortem occurreret: pacem petiuere. Magna hinc inter Spartanos & ſocios fuit deliberatio. & cum plurimi inquietiſſimam ciuitatem ſternēdā ſolo: populūq; infeſtiſſimum cum ipſo nomine abolendū pronuntiarent: Spartani negauerūt

se pmissuros:nisi ut e duobus Græciæ oculis unus erueretur.insuper etiã pacẽ promiserunt:si Pyræi portus ducentia in urbẽ munimina uerterentur.naueſq; reliquas ultro traderent.Huic condicioni addictis/& succumbentibus Lacedæmonii Lysandrum ad componendas in urbe parendi leges cõstituerunt. Insignis hic annus & expugnatione Athenarum.& morte Darii Persarum regis.& exilio Dionysii Siciliæ tyranni fuit.Igitur.xxx. rectores Athenienſibus ordinati.xxx.tyranni exoriuntur: qui primo se tribus.M.satellitum stipãt. mox etiam.dcc.milites uictoris exercitus lateribus suis circũponunt.cædẽ omniũ passim futuram:occiso Alcibiade auspicantur:qui fugiens ĩ itinere clausus cubiculo uiuus incensus ẽ:quo interfecto:ultore quasi sublato securi miseras urbis reliquias cædibus rapinisque exhauriunt. Theramenẽ quoque unum ex nũero suo:cui hæc displicere senserunt:in exemplum timoremque reliquorũ trucidãt. Itaque omnes passim ex urbe diffugiunt.sed interdictu Lacedæmoniorũ: cuius per totam Græciã exulibus negaretur hospitium:oẽs se ad Argos/ ac Thebas cõtulerunt:ubi ita hospitalitatis obsequio foti sunt:ut non solũ dolorẽ amissæ patriæ lenirent: uerum etiam spem recuperandæ meditarentur. Erat inter exules Thrasybulus uir strenuus:& generis nobilitate inter suos clarus: qui auctor audendi pro patria fuit.Itaque castellum Philẽ Atticorũ finium collecti exules capiunt.multarumque ciuitatum opibus adiuti uires capessunt:quibus quoque Lysias Syracusanus orator: quasi in auxilium urbis: quæ esset patria communis eloquentiæ.d. milites cum stipendiis suis misit. atrox id prælium fuit.sed bis pro patria/ꝑ libertate/illis pro aliena dominatione certãtibus aliorũ atque causarum ipsa quoque tulit pugna iudicium.nam uicti tyranni in urbem refugerunt.omnesque:quos ex Athenienſibus prius sibi satellites legerãt: tunc suspectos proditionis ab urbis custodia remouerunt. Thrasybulum quoque ipsum tentare corruptione ausi sunt:quod ubi frustra speratũ est: accersitis a Lacedæmonia auxiliis rursus in bellum ruũt: ubi duo sæuissimi omnium lõge tyrannorum trucidantur. Cæteros uictos: & in fugam uersos Thrasybulus: ubi uel maxime Athenienses eẽ intelligit clãore consequitur.oratione retinet. precibus ligat:proponẽs ante oculos eorum:quos fugere:uel ad quos refugere uellẽt.sibi aduersus.xxx.dominos:non aduersus ciues miseros belllum eẽ susceptum.Quin potius omnes:qui se meminerint esse Athenienses: sequi oportere Athenienſium libertatis ultores.Itaque hæc exhortatio tantum apud eos ualuit:ut mox reuersi in ciuitatem tyrannos arce decedere: atq; Eleusin emigrare compulerint:qui postquam in societatem urbis ciues suos eatenus exules exceperunt:tyrannos in bellum æmulatione suscitant:quibus libertas aliorũ: quasi ipsorum seruitus uidebatur. Tũc indicta pugna:cum prius quasi ad colloquiũ conuenirent:circũuenti insidiis:ueluti pacis uictimæ trucidãtur. Ita reuocati in unũ post inexplebiles magnorum lachrimas gaudio hæc pria fundamina

recuperatæ libertatis instaurāt: ꝓpositā iurisiurādi cōtestatione: uti discordiæ aiositatesque præteritæ in obliuionē perpetuam / atque in īmortale silentium deducantur. Quod pactionis genus: quasi nouā uitæ institutionē: nouamque felicitatē status sui iformantes amnestiā uocauerunt: id ē abolitionē malouz. Sapientissima fuit hæc Athenienſiū præsertim post tāta miseriaꝝ documēta prouisio: si quo pacto res humanæ manente consensu boium: ut ordinantur: ualerent. Sed adeo hoc idē placitū inter ipsa pene placiti uerba corruptum est: ut uix intercedente biennio Socrates ille clarissimus philosophorum adactus malis ueneno sibi apud eos uitā extorserit. Deide uix. xl. ānis interueniētibus: ut alia silea: iidē Atheniēses adēpta sibi peitus libertate sub Philippo Macedonuz rege seruierint.

Per cōcordiā res minimas crescere: & ꝑ discordiā labi maxias. Cap. 15

Eruntamen sapientissimi omniū Athenienses: etiā suis malis satis docti concordia minimas res crescere: discordia maximas labi: cunctaque uel bona: uel etiam mala: quæ foris geruntur: internis eē radicata / & emissa principiis. domi absterſere odia. & foris bella presserūt. reliquerūtq; posteris suis de ruina sua exēplū. de repatione cōsiliū. si tamē ob infirmissimā humanæ mētis mutabilitatem: quod in afflictis rebus cōsulitur: ī ꝑsperis seruaretur. Iisdē fere diebus bellū ciuile imo ēt plusquā ciuile uix parricidio terminatū apud Persas gerebatur. Mortuo enī rege Dario: cuz Artaxerxes & Cyrus filii eius de regno ābigerent: tandē magnis apparatibus: magnis ꝓuinciaꝝ / ac populorū ruinis est utrinque certatū: ī quo conflictu cū e diuerso concurrentes sibi ambo fratres mutuo casus obiectauisset: prior Artaxerxes uulneratus a fratre equi uelocitate morti exemptus euasit. Cyrus aūt mox a coborte regia oppressus finē certamini dedit. Artaxerxes ergo & præda fraternæ expeditionis / & exercitu potitus potestatē regni parricidio firmauit. Sic uniuersa Asia atque Europa partim in se singulæ / partim inter se iuicē funeribus & flagitiis ꝓmiscebantur. Ecce paruissima pagina uerbisque paucissimis quantos de tot prouinciis / populis / atque urbibus nō magis explicui actus operū: quā implicui globos miseriaꝝ. Quis enī cladē illius temporis: qs fando funera explicet: aut æquare lachrimis possit dolores? Veruntamen hæc ipsa: quæ a multo interiectu sæculoꝝ exoleuerūt: facta sunt nobis exercitia īgenioꝝ & oblectamenta fabularum. quāquam: siquis intētius adhibeat animū: seseque toto mentis affectu ipsis pene causis bellisque permisceat: ac rursus uelut īarce spectaculi constitutus utrunque in suis qualitatibus tempus ꝓmetiatur: facile dixerim: eū iudicaturꝝ: neque illa nisi irato / atque auersato deo posse tā ifeliciter perturbari ac permisceri: neque ista sic: nisi propicio & miserante cōponi. His deinde tēporibus grauissimo motu terræ cōcussa Sicilia: insup & æstuātibus

Aetnæ montis ignibus/fauilliſque grandibus/& calidis cum detrimẽto plurio agrorum/uillarumque uaſtata eſt. Tunc etiam Athalente ciuitas Locris adhærens / terræ contigua repentino maris impetu abſciſſa: atq; ĩ inſulã deſolata eſt. Athenienſium quoque miſerabiles reliquias peſtis inuaſit, diuq; populata ẽ.

De bellis Romanorum. Cap. 16

a Nno ab urbe condita. ccc. lv. obſidio Veiorum. x. continuis ãnis obſeſſores magis: quam obſeſſos detriuit. Nã Romani repẽtinis ſæpe hoſtium eruptionibus cõminuti: præterea in hybernis bella ſortiti hyemare ſub pellibus: poſtremum famem ac frigus in cõſpectu hoſtium perpeti coacti ſunt. Vrbem nouiſſime ſine ullo digno Romãæ uirtutis teſtimonio cuniculis & clandeſtina obreptione ceperunt. Hãc utilẽ magis: quam nobilem uictoriã primo dictatoris Camilli: q eã de Veientibus patrauit: exilium: debinc irruptio Gallorum/& incendiũ urbis ĩſequitur: Cui cladi audeat quiſquaꝫ: ſi poteſt: aliquos motus tẽporis huius compare: quãuis non æque pendeat præteriti mali fabulam præſentis iniuria. Igitur Galli Senones duce Brenno exercitu copioſo & robuſto nimis: cum urbem Cluſiam quæ nunc Duſia dicitur: obſiderent: legatos Romanorum: qui tũc cõponẽdæ inter eos pacis gratia uenerant: in acie aduerſuꝫ ſe uiderunt pugnantes: qua indignatione permoti Cluſini oppidi obſidione dimiſſa totis uiribus Romam contendunt. Hos ita ruentes Fabius cum exercitu conſul excepit. nec tamen obſtitit. immo potius hoſtilis ille impetus quaſi aridaꝫ ſegetẽ ſuccidit. ſtrauit. & tranſiit. Teſtatur hãc Fabii cladem fluuius Alia: ſicut Cremera Fabiorũ. Non enim facile aliquis ſimilem ruinã Romanæ militiæ recenſeret: etiam ſi Roma inſuper incenſa non eſſet. patentem Galli urbem penetrant. trucidant rigentes ſimulacrorum modo in ſuis ſedibus ſenatores. eoſque incẽdio domoꝝ crematos. lapſũ culminum ſuorum ſepeliunt. Vniuerſam reliquam iuuẽtutẽ: quam conſtat uix mille hominum tunc fuiſſe in arce Capitolii mõtis latitãtẽ obſidione concludunt. Ibiq; infelices reliquias fame/peſte/deſpatiõe/ formidine terunt. ſubigunt. uendunt. Nam mille libris auri diſceſſionis preciũ paciſcũtur: nõ: quod apud Gallos Roma parui nõis fuit: ſed quod illã ſic iã ãte detriuerãt: ut amplius tunc ualere non poſſet. Exeũtibus Gallis remanſerat in illo quõdã urbis ambitu informiũ ruinarũ obſcœna congeries. & undique per impedita errantium: & inter ſua ignotorum offenſa uocis imago reſpondentis trepidos ſuſpendebat auditus. horrore quatiebat animos. ſilentioq; ipſo terrebat. Siqdẽ materia pauoris eſt raritas ipſa uocis. Hinc illis mutare ſedes: aliud incolere oppidum: altero etiam cenſeri nomine cogitatum / placitum/atque tentatũ ẽ. En tempora: quoꝝ cõparatione præſentia ponderantur. en quibus recordatio

ſuſpirat.en:quæ incutiũt de electa:uel potius de neglecta religione pœnitentiã. Reuera pares ſunt.& conferuntur inter ſe hæ duæ captiuitates. Illa ſex menſibus deſæuiens:& tribus diebus iſta tranſcurrens. Galli extincto populo: urbe deleta ipſius quoque Romæ nomen in extremis cineribus ꝑſequentes.& Goti relicta intentione prædandi ad cõfugia ſalutis:hoc ẽ ſanctorũ locorũ: agmina ignara cogẽtes. Ibi uix quenquam inuentum ſenatorẽ: qui uel abſens euaſerit. hic uix quenquam requiri:qui forte uel latens perierit. Recte ſane poteſt cõparari:hunc fuiſſe ibi ſeruatorum numerum:qui hic fuerit perditorũ. Plane: quod re proditur:fatendum eſt:in hac clade præſenti plus deum ſæuiſſe:boies minus. Tum peragendo ipſe:quod illi non impleuiſſent:cur eos miſerit:demõſtrauit.quippe: cum ſupra humanas uires eſſet incẽdere aeneas trabes: & ſub ruere magnorum moles ſtructurarum:ictu fulminum forum cũ imaginibus uanis:quæ ſuperſtitione miſerabili uel deum:uel hominem mentiũtur:abiectũ eſt. Horumque omnium abominatorum:quod immiſſa per boſtẽ flamma non adiit:miſſus e cœlo ignis euertit. Et:quoniaꝫ uber dicendi materia ẽ:quæ nequaquam hoc concludi libro poteſt:hic præſentis uoluminis finis ſit: ut in ſubſequentibus cætera proſequamur.

PAVLI OROSII TERTII LIBRI INITIVM.

Ut in ſuperiori iã libro cõteſtatus ſum:ẽt nũc neceſſarie repeto: ſecundum præceptum tuum de anteactis conflictationibus ſæculi & me nec omnia poſſe: quæ geſta ſunt:& ſicut geſta ſunt:explicare: quoniam magna atq̃ inumera copioſiſſime a plurimis ſcripta ſunt. Scriptores autem & ſi non eaſdẽ cauſas:eaſdẽ tamẽ res habuere propoſitas.quippe cum illi bella: nos bellorum miſerias euoluamus. Præterea ex hac ipſa:de qua q̃ror:abundãti anguſtia oritur mihi: & concludit me ſolicitudo nodoſior. Si enim aliqua ſtudio breuitatis omitto: putabuntur aut mihi nunc defuiſſe:aut in illo tunc tempore nõ fuiſſe. Si uero ſignificare cuncta: nec exprimere ſtudens compendioſa breuitate ſuccingo: obſcura faciã. & ita apud pleroſque erunt dubia:ut nec dicta uideãtur maxie: cum e cõtrario nos uim rerũ:non imaginem cõmendare curemus. Breuitas autẽ atque obſcuritas:immo:ut eſt ſemper obſcura breuitas: & ſi cognoſcẽdi imaginem præfert:aufert tamen intelligendi uigorem. Sed ego cũ utrunque uitandum ſciam:utrunq̃ faciam:ut quocũque modo alterutra temperentur: nec multa prætermiſſa:nec multum conſtricta uideantur.

a Nno ab urbe condita.ccc.lx.iiii: quem annum ſicut grauiſſimuz propter ignoratā ſibi captiuitatez Roma perſenſit:ita magnificū propter inſolitam pacem Græcia habuit.Eo ſiquidem tempore: quo Galli Romam captā incenſamque tenuerunt/ac uēdiderūt: Artaxerxes rex Perſarum diſcedere ab armis : & quieſcere in pace uniuerſam Græciam per legatos præcepit: denuntians contradictorem pacis bello impe tendum:quem ita iubentez potuiſſent utique Græciā conſtanter cōtemnere: quam fortiter ſæpe uicerunt:niſi porrectam undecunque occaſionē:quā auide deſideraverant:tam libenter hauſiſſent.Oſtenderunt enim quā ægre & miſere illa eatenus geſſerint : quæ tam facile indigna etiam condicione depoſuerunt. Nam quid tam indignum liberis & fortibus uiris:quā longe remoti: ſæpe etiā uicti hoſtis:& deinde minitātis īperio arma deponere? pacīq ſeruire : ſi nō ipſo tantum annuntiatæ pacis ſono per corda cunctorum ægra belli tabuiſſet in/ tentio? & poſt diuturnas laborum uigilias oſcitantes ac ſtupefactos qes inopi nata laxaſſet prius:quam ipſam quietem uoluntas peracta componeret? Vnde autem tanta fatigatio omniū per totam Græciam populoz corda corporaq oppreſſerit:quæ efferos animos ignoto acquieſcere ocio tā facile pſuaſit: quā/ breuiſſime oſtendam.Lacedæmonii utpote homines/& Græci homies: quo plura habebant:eo ampliora cupientes : poſtquam auxilio Athenienſiū potiti ſunt:uniuerſam Aſiam ſpe dominationis hauſerunt . Itaque toto orienti belluz mouentes Hircilidem ducem in banc militiam legunt:qui cum ſibi aduerſus duos potētiſſimos Artaxerxis Perſaz regis præfectos Pharnabuzū/& Thiſſa phernem pugnandum uideret:prouiſo ad tempus conſilio:ut pondus geminæ congreſſionis eluderet: denuntiato bello unum appetit .alterum pacta pace ſu ſpendit.Pharnabuzus Thiſſaphernem apud Artaxerxem communem tunc regem defert:ut proditorem: præſertim qui cū hoſte belli tēpore de fœderis condicione pepigiſſet. hortaturque regem:ut in locum eius Cononem Athe/ nienſem uirum : qui tunc forte apud Cyprum exulabat : ducem nauali bello conſtituat.Acceptis igitur.d.argenti talentis Conon per Pharnabuzū euoca tur.claſſique præficitur: quibus cōpertis Lacedæmonii & ipſi auxilia naualis belli a rege Aegypti Hercinione per legatos petunt:a quo.c.inſtructas trire/ mes/& ſecenta.M.modia frumenti acceperunt. a ſociis etiaz undique magna contraxere ſubſidia: Cui militiæ conſenſu omniū Hageſilaū ducē decreuerūt: uirum pede claudum : ſed qui in difficillimo rerum ſtatu mallent ſibi regem claudicare:quam regnum.raro unquam ita pares omni induſtria duces ī unū coiere bellum:qui acerbiſſimis iuicem prāliis fatigati:& multo ſanguīe obliti: uelut inuicti ab alterutro receſſerunt. Igitur Conō accepto iterum a rege per

seipsuꝫ magno stipēdio reuersus ad classē iuadit hostiles agros. turres/castella/ cæteraque præsidia expugnat. & ueluti effusa tempestas: quacunq; incumbit: cuncta prosternit. Lacedæmonii uero domesticis malis circunuenti externis inbiare desistunt. abiiciuntque spē dominationis: imminente piculo seruitutis. Hagesilaum autem: quē cum exercitu in Asiam miserant: ad subsidiū patriæ reuocant. Interea Lysander dux apud Spartam per Hagesilaum regē relictus maximam munitamque classem tunc instruxerat: motus æmulatiōe uirtutis Hagesilai: ut illo pedestrem expeditionē agitante: ipse quoque nauali discursu ora maritima peruagaretur. Conon uero susceptο omni negocio duplicē curā impendebat: debens sociis solicitudineꝫ: patriæ fidē: ut huic exhiberet naturā. illis præberet industriam: in hoc propensior ciuibus: quod quieti libertatique eorum alieni sanguinis discrimen impenderet: pugnare aduersus insolentissimos hostes periculo regis/præmio patriæ. Cōserunt itaque nauale certamen Persæ Conone/& Spartani Lysandro duce. milites & remiges/ipsique ductores uno pariter in mutuam cædē ardore rapiūtur. Magnitudine atque atrocitate belli istius inclinatus ex hoc semper est in posterum Lacedæmoniorū status. pna nanque ex illo fluere ac sublapsa retro referri spes Spartanoruꝫ uisa: donec assurgendo ægre/ac misere recidendo confecta & potestate careret/& nomine. Athenienſibus uero hæc eadem pugna initium recuperandæ potentiæ: sicut Lacedæmoniis amittendæ fuit. Primi igitur Thebani auxilio Athenienſium fulti superiore clade saucios/ac trepidos aggrediuntur: multa animati fiducia propter uirtutem & industriam Epaminundæ ducis sui: cum quo sibi facile obtinere posse imperiū totius Græciæ uidebātur. Fit itaque terrestre præliuꝫ Thebanis minimo negocio uincentibus. Vincitur enim etiam hoc conflictu Lysander & occiditur. Pausanias quoq; dux alter Lacedæmonioꝝ insimulatus proditionis: in exilium truditur. Thebani autē uictoria potiti: collecta uniuersi exercitus manu Spartam contendunt: putantes se uacuam ciuitatē præsidio/ nullo intraturos negocio: cuius iam omnes pene copias cū ipso rege delessent: atque ab omnibus sociis destitutos uiderent. Lacedæmonii periculo ciuitatis impulsi: habito inexercitati militis qualicunque delectu obuiaꝫ hosti ꝓcedūt. Sed uicti semel aduersus uictores obsistendi nec uirtus nec animus erat. Cum igitur cædes unius tantum pene partis ageretur: repente rex Hagesilaus accersitus ex Asia improuisus bello superuenit. Thebanosque iam successu duplicis uictoriæ lætiores segnioresque aggreditur. nec difficile supat maxīe: cū adhuc apud ipsum pene integræ uires haberētur. Ipse tamē Hagesilaus grauiter uulneratus est. At uero Athenienses cum comperissent ir spata Lacedæmonios uictoria subleuatos: pristinæ seruitutis: de qua tūc respirare uix cœpāt: trepidi metu exercitum contrabunt: eumque Boetiis in auxilium adiungunt cōmissu Iphicratis ducis: qui adolescens admodum uix non dum uiginti annos natus

infirmitatem ætatis maturatæ animi nutriebat. Conon quoque uir quidem Athenienſis: dux autem Perſici exercitus: audito Hageſilai reditu: ad popula-/dos Lacedæmoniorum agros reuertitur. Ita Spartani exercitu circūſonātiuꝫ undique hoſtiū clauſi: atque exterriti ultima ꝓpemodū deſperatiōe tabuerūt. Sed Conon poſtquā uaſta hoſtilis ſoli populatione ſatiatus eſt: Athenas pgit in maximo gaudio ciuiuꝫ: ipſe quippe triſtis: cuꝫ uideret urbē populo quondā/cultuque ornatiſſimam: tunc miſerabili ruinarum ac deſolationis ſqualore cō-/fectam. Itaque magnum pietatis miſerationiſque monumentū in reparationē eius operatus eſt. Nanque eam a Lacedæmoniis exinanitam Lacedæmonioꝝ præſidiis repleuit. Perſis incendētibus concrematam: Perſis ædificātibus refor mauit. Interea Artaxerxes rex Perſaruꝫ: ſicut in principio dictum ē: uniuerſis Græciæ populis per legatos: ut ab armis diſcederent: & paci acquieſcerent: im perauit. non quod miſericorditer feſſis conſuleret: ſed: ne illo in Aegypto bellis occupato aliqua in regnum ſuum tentaretur irruptio. Cunctis igitur Græcis optatiſſima quiete reſolutis: domeſticoque ocio torpentibus Lacedæmonii in quieti magis: quam ſtrenui: & furore potius: quam uirtute intolerabiles poſt bella depoſita tentāt furta bellorum. Nam ſpeculati abſentiā Arcadū caſtellū eorum repentina irruptione perfringunt. Arcades uero excitati iniuria iuncto ſibi Thebanorum auxilio amiſſo furto bellum repetunt. In eo prælio Archē-/damus dux Lacedæmoniorum uulneratus: cuꝫ etiā cædi ſuos uictos uideret: occiſorum corpora per præconem ad ſepulturam popoſcit: quod ſignū uicto-/riæ traditæ inter Græcos haberi ſolet. Thebani autem hac cōfeſſione cōtēti dato parcendi ſigno finem dedere certamini. Paucis deinde interuenientibus iduciarum diebus Lacedæmoniis ad alia bella conuerſis Thebani cū Epami nunda duce de iuadēda Lacedæmonia: quaſi ſecura/& deſtituta cepe fiduciā. Taciti intēpeſta nocte Lacedæmonē ueniūt. ſed nō ita incautā: uel idefenſaꝫ: ut rebantur: offendunt. Armati enim ſenes cum reliqua turba imbellis ætatis præcognito aduentu hoſtium in ipſis ſe portarum anguſtiis obiecerunt. & aduerſus. xv. milia militum uix centum confecti æuo homines proruperunt. His itaque tantam belli molem ſuſtinentibus iuuentus ſuperueniens congredi aduerſus Thebanos aperto certamine incuntanter decreuit. Cōmiſſo prælio cum Lacedæmonii uincuntur: repente Epaminūdas dux Thebanoꝝ icautius dimicans uulneratur: qua re dum bis ex dolore metus: illis ex gaudio ſtupor naſcitur: ueluti ex conſenſu tacito utrinque diſceſſum eſt. Epaminundas autē grauiter ſautiatus: cū de uictoria ſuorum comperiſſet: ſcutumq̄ deoſculatus eēt: remota manu: qua uulnus occluſerat egreſſu ſanguinis ad mortē patefecit introitum: cuius mortē ſic Thebanorū perditio ſubſecuta eſt: ut nō ꝑdidiſſe ducem: ſed ipſi cum eo tunc periiſſe uiderentnr. Contexui indigeſtæ hiſtoriæ inextricabilē cladem, atque icertos bellorum orbes huc atq̄ illuc lympbatico

furore gestorum uerbis e uestigio secutus implicui: quoniam tãto: ut uideo: inordinatius scripsi: quanto magis ordinem custodiui. Improba dominandi Lacedæmoniorum cupiditas quantis populis: qualibus urbibus: quibus ꝓuinciis: cuiusmodi odiorum motus: quantas causas certaminum susciterit: quis uel numero: uel ordine: uel ratione disponat: cum ipsi quoque non plus afflicti bellis: quam bellorum confusione referantur? siquidẽ tracto per aliquot ætates continuo hoc bello Athenienses / Lacedæmonii / Arcades / Boetii / Thebani: postremo Græcia / Asia / Persis atque Aegyptiis cum Libya insulisq; maximis nauales simul pedestresque cõflictus indiscretis egere discursibus, referre cæsa hominum, M. non possem: etiam si bella numerarem. At nunc increpet hæc tempora: atque illa collaudet quicunque nescit hosce omnes istarum urbium prouinciarumque populos ita nunc in solis ludis / ac theatris cõsenescere: sicuti tunc in castris maxime præliisque tabuisse. Florentissima illa & totius tunc imperium orientis affectans Lacedæmoniorum ciuitas uix. c. habere potuit senes. ita icessabilibus circunuenta malis immaturas expẽdebat misere ætates. Et queruntur nunc homines: quoruꝫ refertæ pueris & senibus ciuitates secura iuuenum peregrinatione ditantur. pacificisque exercitis stipendia domesticæ uoluptatis acquirunt: nisi forte: ut assolẽt humanæ mutabilitati sordere omia præsentia: nouitate rerũ actu audituque prurientibus etiã ipsa uita fastidio est.

Terræ motus in Achaia aliquando factus. Cap. 2.

a Nno ab urbe condita. ccc. lxxvi. sæuissimo terræ motu Achaia uniuersa concussa est. & duæ tunc ciuitates: id est Ebora & Helice abruptis locorum hiatibus deuoratæ. At ego nũc e cõtrario poteram similia in diebus nostris apud Constantinopolim æque modo principem gentiuꝫ prædicta & facta: sed non perfecta narrare: cũ possit terribilem denuntiationem / conscientiamque mali sui conscia ꝫ subter cõmota funditus terra tremeret. & desuper fusa cœlitus flamma penderet: donec oratione Arcadii principis / & populi christiani: præsentem perditionem deus exoratus auerteret: probans se solũ esse & conseruatorẽ humilium: & punitorẽꝫ malorum. Sed hæc ut cõmemorata sint magis: quam explicata: uerecundiæ concesserim: ut & qui scit: recolat. & qui nescit: inquirat. Interea Romani: qui per. lxx. annos ab urbe Volscorum: præterea Phaliscorũ / Equorꝫ & Sutrinorꝫ subacti & attriti assiduis bellis conficiebantur: tandem in supra scriptis diebus Camillo duce cepere easdẽꝫ ciuitates. & rediuiuo finẽ dedere certamini. Prenestinos etiam eodẽ tempore: qui usque ad portã Romæ bellando & cedẽdo uenerant: ad flumen Aliam Tito Quintio pugnante uicerunt.

Dicit Romã graui peſtilentia laboraſſe. Cap. 3

a Nno ab urbe condita. ccc.lxxxiiii. Lucio Genutio / & Quinto Seruilio conſulibus ingẽs uniuerſaq; Romã peſtilentia corripuit. non:ut aſſolet plus/minuſue ſolito temporum turbata temperies: hoc eſt aut intempeſtiua ſiccitas hyemis: aut repentinus calor ueris:aut incongruus humor æſtatis: uel autumni diuitis indigeſta illecebra: inſuper etiam expirata de Calabris ſaltibus aura corrũpens repentinos acutarũ infirmitatum afferre tranſcurſus: ſed grauis & diuturna: quæ in nullo diſpar ſexu:in nulla diſſimilis ætate generali cũctos per bienniũ iugiter tabe cõfecit: ut etiam quos non egit in mortem:turpi macie exinanitos afflictoſque dimiſerit. Conquerentur hoc:ut arbitror: loco obtrectatores temporis chriſtiani: ſi forte ſilentio præterierim:quibus tũc cæremoniis Romani placauerit deos. & ſedauerint morbos. Cum peſtilentia indies crudeſceret:auctores ſuaſere põtifices:ut ludi ſcænici diis expetentibus ederẽtur: & ita pro depellenda tempali peſte corporum accerſitus eſt perpetuus morbus animorum. Vber nũc q̃dẽ mihi locus iſte doloris atque increpationis eſt. ſed in quo iam reuerentia tua ſtudium ſapientiæ & ueritatis exercuit:mihi ſuper eo audere fas non ẽ. Commonuiſſe me ſatis ſit:& ex qualibet itẽtiõe lectorẽ ad illius lectiõis plenitudinẽ remiſiſſe.

Marcus Curtius ſe præcipitio dedit. Cap. 4

ſ Equitur hanc miſeriã lucem / miſeriorẽq; eius expiationẽ ꝓxio anno ſatis triſte prodigium. Repente ſiquidem medio urbis terra diſſiluit:uaſtoque præruptu hiantia ſubito interna patuerũt. Manebat diu ad ſpectaculum/terroremque cunctorũ patẽti uoragine impudens ſpecus. nefariamque uiui hominis ſepulturam diis interpretibus expectabat. Satiſſecit improbis faucibus præcipitio ſui Marcus Curtius: uir eques armatus. iniecitque crudeli terræ inopinatam ſatietatem:cui parũ eẽt: quod ex tãta peſtilẽtia mortuos ꝑ ſepulchra ſuſcipet:niſi ẽt uiuos ſciſſa ſorberet.

Vbi regnũ Macedonũ. & ubi natus eſt Alexander. Cap. 5

a Nno ab urbe cõdita. ccc.lxxxviii. iteq; terribilis. Gallor̃ iundatio iuxta. Anienẽ fluuium ad quartũ ab urbe lapidem cõſedit: facile ſine dubio pondere multitudinis/ & alacritate uirtutis perturbatã occupatura ciuitatẽ:niſi ocio & lentitudine torpuiſſet. Vbi atrociſſimam pugnaq; Manlius Torquatus ſingulariter inchoauit: Titus Quintius dictator cruentiſſima cõgreſſione cõfecit. fugati ex hoc prælio plurimi Galli

instauratis iterum copiis in bellum ruentes a Gaio Sulpitio dictatore supati sunt. Post paululum quoque Thuscorum pugna sub Gaio Martio consecuta est: ubi coniici datur: quãta hominũ multitudo cæsa sit: quãdo octo .M. sunt capta Thuscorum. Tertio autem in iisdꝫ diebus Galli se in prædaꝫ ꝑ maritĩa loca: subiectosque campos Albanis montibus diffuderunt: Aduersum quos nouo militũ delectu habito: conscriptisque legionibus decẽ. lx. M. Romanoꝝ: negatis sibi auxiliis Latinorum processerunt. Confecit hanc pugnaꝫ Marcus Valerius: auxiliante coruo alite: unde postea Coruinus ẽ dictus. Occiso eniꝫ ꝓuocatore Gallo hostes territi: sparsimque fugientes grauiter trucidati sunt. Numerandum etiam inter cætera mala censeo primum illud ictũ cum Carthaginensibus fœdus: quod iisdem temporibus fuit. præsertiꝫ ex quo tã grauia orta sunt mala: ut exhinc cœpisse uideantur. Anno siquidem ab urbe condita quadringentesimo secundo legati a Carthagine Romam missi sunt. fœdusq̃ pepigerunt. Quam ex ingressu Carthaginensium in Italiam maloꝝ grauedinẽ secuturam: continuarumque miseriarũ tenebras iuges historiaꝝ fides: locoꝝq̃ infamia: & abominatio dierum: quibus ea gesta sunt protestantur. Tunc etiaꝫ nox usque ad plurimam diei partem tendi uisa est. & saxea de nubibus grando descendens ueris terram lapidibus uerberauit. Quibus diebus etiam Alexãder Magnus magnus uere ille gurges miseriaꝝ atq̃ atrocissimus turbo totius orientis est natus.

Vide Iuniũ ab urbe cõdita lib. 1.

Artaxerxes Iudæos captiuos ducit. Cap. 6

Cum etiam Ochus: qui & Artaxerxes post transactũ ĩ Aegypto maximũ diuturnũque bellum plurimos Iudæoꝝ ĩ trãsmigrationẽ egit. atque ĩ Hyrcania ad Caspiuꝫ mare habitare præcepit: quos ibi usque in hodiernum dieꝫ amplissimis generis sui incrementis extat consistere. atque exinde quãdoque erupturos opinio est: cuius etiam belli tempestatem transcurrens & Sidona opulentissimã Phœnicis prouĩciæ urbẽ deleuit. & Aegyptum: quanuis prius uictus tunc tamen subactaꝫ: cõminutãq̃ ferro Persarum subiecit imperio. Iã hinc statĩ a Romanis aduersus Sannitas gentem oipbus armisque ualidam pro Cãpanis/& Sidicinis bella suscepta sunt. Sanniticum bellum ancipiti statu gestũ Pyrrhus uel maximus Romani noĩs hostis excepit. Pyrrhi bellũ mox Punicũ cõsecutũ ẽ. Et quãuis nunquã post mortẽ Numæ a bellorum cladibus fuisse cessatũ Iani patentes semper portæ ĩdicẽt: ex eo tamẽ: ueluti ꝑ meridiẽ toto ĩpressus cœlo maloꝝ feruor ĩcãduit.

Initium belli Punici. Cap. 7

Orro autẽ inchoato semel bello Punico utrũ aliquãdo bella/cædes/atq̃ ruinæ/omniũq̃ infandarũ mortiũ genera: nisi Cæsare augusto impante

ceſſauerint:inquirat: inueniat.prodat: quiſquis infamanda chriſtiana tēpora putat. Abſque illo tamen iter bella Punica unius anni: ueluti alitis præteruolā tis excurſu Romani propter Iani portas clauſas inter febres/morboſque rei publicæ adhuc breuiſſimo pacis ſigno:uelut tenuiſſimo aquæ gelidæ hauſtu illecti ſunt:ut in peius recaleſcentes:multo grauius uehemētiuſque afflictarē/ tur. At uero ſi indubitatiſſime conſtat ſub Auguſto primum Cæſare poſt Parthicam pacē uniuerſum terrarū orbē poſitis armis: abolitiſque diſcordiis generali pace & noua quiete compoſitum Romāis paruiſſe legibus: Romana iura:quam propria arma maluiſſe:ſpretiſque ducibus ſuis iudices elegiſſe Ro/ manos. Poſtremo omnibus gentibus/cūctiſque prouīciis/innūeris ciuitatibus/ infinitis populis/totis terris unam fuiſſe uoluntatem: libero boneſtoq; ſtudio inſeruire paci:atque in commune conſulere:quod prius ne una quidez ciuitas: unuſue populus ciuium: uel:quod maius eſt:una domus fratrū iugiter habere potuiſſet. Quod ſi etiam cum imperante Cæſare iſta prouenerint:in ipſo īpio Cæſaris illuxiſſe ortum in hoc mundo domini noſtri Ieſu chriſti liquidiſſima probatione manifeſtum eſt:inuiti licet illi:quos in blaſphemiam urget iuidia: cognoſcere faterique cogūtur:pacē iſtā totius mūdi/& trāqlliſſimā ſerenitatē non magnitudine Cæſaris:ſed poteſtate filii dei:qui ī diebus Cæſaris apparuit: extitiſſe. nec unius urbis imperatori:ſed creatori orbis uniuerſi orbē īpm gene rali cognitione paruiſſe:q ſicut ſol oriens diē luce perfundit:ita miſericorditer adueniens extēta mūdū pace ueſtierit. Quod plenius cū ad id ipſum: pficiēte domino:uentum fuerit:proferemus.

Quod Romani Latinis bellū intulerunt. Cap. 8

i Gitur. cccc. viiii. ab urbe condita Romani bellū Latinis rebellā/ tibus intulerunt Manlio Torquato & Decio Murena cōſulibus: in quo bello unus conſul interfectus ē. alter extitit parricida. Mā lius enī Torquatus filiuz ſuū peremit:iuuenē uictorē:interfecto/ remque Metii Thuſculani nobilis militis:& tum præcipue prouocātis/atque inſultantis boſtis. Alius uero conſul:cū iterato conflictu illud cornu:cui præ/ erat cædi/atq; affligi uideret: ī confertiſſimos boſtes ſpōte ꝓlapſus occubuit. Manlius quanuis uictor:occurſum tamen nobilium iuuenum Romanorum: qui legitime exhiberi ſolet:triumphans parricida non meruit. Anno aūt poſt hunc ſubſequente Minutia uirgo ueſtalis ob admiſſum inceſtum dominata eſt. uiuaque obruta in campo:qui nunc Sceleratus uocatur.

Scelus matronarum hic refertur. Cap. 9

a Tuero paruo exin tēpore īteriecto: horresco referre: quod gestuꝫ ē. Nā Claudio Marcello/& Valerio Flacco consulibus īcredibili rabie & amore scelerum Romanæ matronæ exarserūt. Erat utiq̄ fœdus ille ac pestilens annus. inflictæque iam undique cateruati strages egerebantur. & adhuc penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat. cum existente quadam ancilla indice: & conuincente: primum multæ matronæ: ut biberent: quæ coxerant: uenena: compulsæ: deīde simul: ut hausere consumptæ sunt. Tanta auteꝫ multitudo fuit matronarum ī his facinoribus consciaꝝ: ut. ccc. lxxx. damnatæ ex illis simul fuisse referantur.

Alexander rex a Lucanis uictus. & occisus. Cap. 10

a Nno ab urbe condita. ccc. xxii. Alexander rex Epirotaꝝ Alexādri illius Magni auunculus traiectis in Italiam copiis: cum bellū aduersus Romanos pararet: & circa finitimas Romæ urbes firmaret uires exercitus sui: auxiliaque uel sibi acq̄rere: uel hostibus subtrahere studēs bellis exerceretur: a Sannitis: q̄ Lucanæ genti suffragabātur maximo bello in Lucania uictus atque occisus est. Sed quoniam aliquantum Romanas clades recensendo progressus sum: uel Alexandri istius mentione cōmonitus de Philippo Macedonum rege: qui Olympiadē huius Alexandri Epirotæ sororem uxorem habuit: ex qua Alexandrum Magnum genuit: paucissimis annis retro repetitis magna paruis: inquantum potero: colligam.

De regno Philippi patris Alexandri regis Macedoniæ. Cap. 11.

a Nno ab urbe condita. cccc. Philippus Amyntæ filius: Alexādri pater regnum Macedonum adeptus. xxv. ānis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum aceruos/cunctasque malorū moles struxit. Hic primum ab Alexādro fratre obses Thebanis datus ꝑ triēniū apud Epaminundam strenuissimum imperatorem / & summū philosophum eruditus est. Ipso autem Alexandro īterfecto scelere Eurydices matris: quāuis ea commisso adulterio: & altero primum filio occiso / filiaque uiduata generi nuptias mariti morte pepigisset: compulsus a populo regnum: quod paruo occisi fratris filio tuebatur: suscepit: qui cum foris concursu exurgentiū undique hostium: domi autem deprehensarum sæpe insidiaꝝ metu fatigaretur: primū bellum cum Atheniensibus gessit. Quibus uictis arma ad Illyrios transtulit. multisque milibus hostium trucidatis Larissam urbem nobilissimam cepit. Inde Thessaliam non magis amore uictoriæ: quam ambitione habendorum equitum Thessalorum: quorum robur exercitui suo admisceret: inuasit. Ita

Thessalis ex improuiso præoccupatis/atque in potestatem redactis iungendo equitum peditumque fortissimas turmas & copias inuictissimũ fecit exercitũ. Igitur uictis Athẽiensibus:subiectisque Thessalis Olympiadẽ Eurychæ regis Molossorũ sororem duxit uxorẽ. Qui Eurycha cũ per hoc:quod societatẽ Macedonum affinitate regis paciscebatur: imperium suũ se dilaturũ putaret: per hoc deceptus amisit.priuatusque in exilio consenuit. Deinde Philippus cũ Methonam urbẽ oppugnaret:ictu sagittæ oculum perdidit.ipsã uero urbem mox expugnauit.& cepit. Exin Græciam totam prope consiliis præuentam uiribus domuit. Quippe Græciæ ciuitates:dum imperare singulæ cupiunt: imperium omnes perdiderunt. Et dũ in mutuum exitium sine modo ruunt: omnibus perire:quod singulæ admitterent:oppressæ demum/seruientesque senserunt:quarũ dum insanas conuersatiões Philippus ueluti e specula obseruaret: auxiliumque semper inferioribus suggerendo:contentiones bellorum fomites callidus doli artifex foueret: uictos sibi pariterque uictores subiecit. Huic autem ad obtinendam totius Græciæ dominationem: dominatio immoderata Thebanorum dedit facultatem: qui uictos Lacedæmonios/ac Phocenses:cædibus etiam rapinisque confectos: cum insuper in communi Græciæ concilio tanta pecuniæ multa onerauissent:quantam illi soluere nullo mõ possent:ad arma fugere coegerunt. Itaq̃ Phocenses Philomello duce/& auxiliis Lacedæmoniorum Athenienſiumq̃ fulti cõmissa pugna hostibusq̃ fugatis Thebanorum castra ceperunt. Sequenti prælio inter immensas utriusque populi strages Philomellus occisus est: In cuius locum Phocẽses Enomaũ ducẽ creauerunt. Porro autem Thebani & Thessali omisso delectu ciuiũ Philippũ Macedoniæ regem:quem hostẽ prius repellere laborabant: ultro sibi ducem expetiuerunt. Commisso prælio & Phocensibus pene ad internicionem cæsis uictoria ad Philippum concessit. Sed Athenienses audito belli euentu:ne Philippus transiret in Græciam:angustias thermopylarũ pari ratione: sicut aduentãtibus ãtea Persis:occupauere. Igitur Philippus:ubi excluſũ se ab ingressu Græciæ præstructis thermopylis uidet: paratum in hostes bellum uertit in socios. Nam ciuitates:quarum paulo ante dux fuerat:sibi aggratulantes: ac se excipientes patentes hostiliter inuadit. crudeliter diripit omnique societatis conscientia penitus abolita coniuges/liberosque omnium sub corona uendidit. templa quoque uniuersa subuertit. spoliauitque. nec tamen unquam per .xxv. ãnos:quasi iratis diis:uictus est. Post hæc in Cappadociam transiit. ibiq̃ bellũ pari perfidia gessit. captos per dolum finitimos reges interfecit. totamq̃ Cappadociã iperio Macedoniæ subdidit. Inde post cædes/& icẽdia depdatiõesque in socias urbes gestas:parricidia in fratres cõuertit:quos patri ex nouerca geritos: cum coherædes regni uereretur:interficere aggressus est. Cum autem unum ex his occidisset: duo in Olynthum confugerunt. quam mox Philippus

hostiliter aggressus urbē antiquissimā & florentissimaꝫ:cædibus ac sanguine repletam opibus hominibusque uacuauit.abstractos etiaꝫ fratres supplicio & neci dedit. Debinc cum excidio sociorum & parricidio fratrum elatus licere sibi omnia: quæ cogitauisset:putaret:auraria loca in Thessalia & argenti metalla in Thracia inuasit.ac: ne aliquod ius:uel fas inuiolatum prætermitteret: præoccupato mari & classe dispersa piraticā quoque exercere instituit. Præterea cum eum fratres duo Thraciæ reges de regni terminis ābigentes:iudicē ex consensu præoptauissent: Philippus more ingenii sui ad iudiciū:tanquam ad bellum cum instructo exercitu ingressus inscios iuuenes uita regnoque priuauit.Athenienses uero:qui prius Philippi ingressum thermopylarꝫ munitione repulerant:ultro pacem eius expetentes:fraudulentissimum hostē de neglecta introitus custodia cōmonuerunt.Cæteræ etiaꝫ Græciæ ciuitates:ut intētius ciuilibus bellis uacarent:sub specie pacis & fœderis sponte se externæ dominationi subiecerunt:maxime cum Thessali/Boetiique poscerent Philippum: ut professum se aduersum Phocenses ducē exhiberet: susceptūque bellū gereret: contra Phocenses adhibitis secū Athenienſibus & Lacedæmoniis:uel differri bellum:uel auferri precio & precibus laborabant.Philippus tacite utrisque diuersa promisit:Phocensibns pacem & uenia se daturum sacramēto cōfirmās. Thessalis uero affuturum se mox cuꝫ exercitu spondet.bellū tamē ab utrisque parari uetat.Igitur Philippus instructis copiis angustias thermopylarꝫ securus ingreditur.easque occupatas:dispositis præsidiis emunit.Tuncque primum se non Phocenses soli. sed & omis Græcia captam esse persensit. Siquidem prio Phocenses Philippus rupta fide: calcatoque sacramento infandæ dilaceratiōi dedit.Inde omnium urbes finesque populatus cruēta præsentia effecit:ut etiā absens timeretur. Vbi uero in regnum rediit more pastorum: qui pecora sua nunc per æstiuos/nunc per hybernos saltus circunducunt: populos & turbas: ut illi replenda: uel relinquēda quæque loca uidebātur:ad libidinē suā trāsfert. Miseranda ubique facies.& atrocissimum miseriarꝫ genus obuersabatur:ppeti excidium sine irruptione:sine bello captiuitatem:sine crimīe exiliū:sine uictore dominatum.Premit miseros inter iniuriarꝫ stimulos superfusus pauor.ipsaque dissimulatione dolor crescit:hoc altius demissus:quominus profiteri licet: timentibus: ne ipsae quoque lachrimæ pro cōtumacia accipiātur.alios populos auulsos a sedibus suis finibus hostium opponit. alios in extremis regni termis statuit.quosdam æmulatione uirium:ne possent:quod posse credebantur: in supplementa exhaustarum urbium diuidit. Ita glorioſissimum illud quōdam florentis græciæ corpus in multas laceratasque particulas extincta primum libertate concidit. Sed hæc cū p aliquantas Græciæ ciuitates exercuisset: & tamen omnes metu premeret:coniiciens ex praeda paucorum opes omnium ad perficiendam æqualem ī uniuersis uastationē utili emolumento necessariā

maritimam urbem ratus Byzantium nobilem ciuitatẽ aptissimã iudicauit: ut receptaculũ sibi terra marique fieret. eãque obsistentẽ ilico obsidiõe cinxit.

De ciuitate Byzantio: quæ Constantinopolis dicta est. Cap. 12

b Aec autem Byzantium quondam a Pausania rege Spartanorũ condita: post aũt a Cõstãtino christiano principe ĩ maius aucta & Constantinopolis dicta glorioſissimi nũc imperii ſedes: & totius caput orientis est. Philippus uero post longam & irritã obsidionem: ut pecuniam: quam obsidendo exhausserat/ prædando repararet: piraticã aggressus ẽ. Captas itaq̃ .c.lxx. naues mercibus confertas distraxit. & ãbelanti inopiæ parua recreatione subuenit. Inde propter agendam prædã: & curandaꝫ obsidionem diuisit exercitum. Ipse autem cum fortissimis profectus multas Cherroneſi urbes suscepit. profligatisque populis opes abstulit. Ad Scythiam quoque cum Alexandro prædandi intentione pertransiit. Scythas tũc Etheas regebat: qui cum Istrianorum bello premeretur: auxilia a Philippo per Apollonienses petiit. Sed continuo Istrianoꝝ rege mortuo & belli metu/ & auxilioꝝ necessitate liberatus pactionẽ fœderis cum Philippo habitã dissoluit. Philippus dimissa obsidione Byzantii Scythicum bellum totis uiribus aggreditur. Commissoque prælio: cũ Scythæ & numero & uirtute præstarent: Philippi fraude uincuntur. In ea pugna uiginti. M. puerorũ ac fœminarum Scythicæ gentis capta. pecorum magna copia abducta. auri atque argenti nihil repertũ. Nam & ea res primo fidem inopiæ Scythicæ dedit. Viginti milia nobilium equorum sufficiendo generi in Macedoniaꝫ missi sunt. sed reuertẽti Philippo Traballi bello obuiant: In quo ita Philippus in femore uulneratus est: ut per corpus eius equs interficeretur. Cumque eum omnes occisum putarẽt: ĩ fugã uersi prædam amiserunt. Aliquantula deinde mora duꝫ conualescit a uulnere: in pace conquieuit. Statim uero: ut conualuit: Athenienſibus bellum intulit: q in tanto discrimine positi Lacedæmonios quondã hostes: tunc socios asciscũt. totiusque Græciæ ciuitates legationibus fatigant: ut communẽ hostẽ cõmunibus uiribus petant. Itaq̃ aliquantæ urbes Atheniẽsibus sese coniunxere. quasdam uero ad Philippum belli metus traxit. Prælio commisso cũ Atheniẽses longe maiori numero militum præstarent: assiduis tamen bellis indurata Macedonum uirtute uincũtur: quã pugnã lõge oĩbus anterioribus bellis atrociorẽ fuisse ipe reꝫ exitus docuit.

Græcia libertatẽ suã amisit. Cap. 13.

n Am & hic dies apud uniuersam græciæ acquisitæ dominationis gloriã/ & uetustissimæ libertatis statuꝫ finiuit. Postea Philippus cruẽtissimã

uictoriaꝫ in Thebanos & Lacedæmonios exercuit. Siquidē principes ciuitatū alios ſecuri percuſſit. alios in exilium egit. & omnibus bonis priuauit. Pulſos quidem a ciuibus in patriā reſtituit: ex quibus. ccc. exules iudices rectoreſque præfecit. qui ut antiquum dolorem noua poteſtate curarent: preſſos ſi felicīter populos in ſpem libertatis reſpirare non ſinerent. Præterea magno delectu militum in ſubſidiuꝫ regiæ diſpoſitionis ex tota Græcia habito. cc. milia peditū: & .xv. milia equitum abſque exercitu Macedonum / & infinita gentiū barbarie Perſicæ expeditioni in Aſiam miſſurus inſtruxit. Tres duces: hoc ē Parmenionē / Amyntam / & Attalū præmittendos ī Perſas legit. Et: dū ſupra ſcriptæ copiæ de Græcia congregarentur: Alexādri: qui erat Olympiadis uxoris ſuæ frater: & poſt a Sabinis ī Lucania proſtratus eſt: quē Epiri regē ob mercedē ſtupri perpetrati in eum conſtituerat: nnptias in copulando ei filiaꝫ ſuā Cleopatram celebrare decreuit: qui cū pridie quā occideretur: interrogatus fuiſſet: quis finis homini eſſet magis optandus: reſpōdiſſe fertur: eum eſſe optimum: qui uiro forti poſt uirtutum ſuarum gloriā in pace regnanti ſine cōflictatiōe corporis & dedecore animi ſubitus & celer īopinato ferro potuiſſet accidere: quod ipſi mox contigit. Nec ab iratis diis: quos ſemper paruipenderat: quorūq; aras / templa / ſimulacraque ſubuerterat: qui lectiſſimā: ut ipſi uidebatur: mortē adipiſceretur: potuit impediri. Nam die nuptiarum: cum ad ludos magnifice apparatos inter duos Alexandros filium generumque contenderet: a Pauſania nobili Macedonum adoleſcente ī anguſtiis ſine cuſtodibus circūuētus occiſus eſt. Aſſerant nunc. multiſque hæc uocibus efferant: quaſi uirorū fortiū laudes & facta felicia: quibus amariſſimæ alioꝝ calamitates in dulces fabulas cedūt: ſi tamen nunquam ipſi iniurias: quibus aliquando uexantur: relatu triſtiori deplorent. Si uero de propriis querimoniis tantum alios audientes affici uolunt: quantum ipſi perpetiendo ſenſerunt: prius ipſi nō præſentibus præterita. ſed geſtis geſta comparent. & utraque ex auditu: uelut certi alienoꝝ arbitri iudicēt. per. xxv. annos incendia ciuitatum / excidia bellorum / ſubiectiones / puinciaruꝫ / cædes hominum / opum rapinas / prædas pecorum / mortuorum uenditiones / captiuitateſque uirorum unius regis fraus effera. & dominatus agitauit.

Alexander ſucceſſit Philippo in regnum. Cap. 14

Vfficerēt iſta ad exemplū miſeriarū inſinuata memoriæ noſtræ geſta per Philippum: etiā ſi Alexāder ei nō ſucceſſiſſet in regnū: Cuius bella: immo ſub cuius bellis mundi mala ordine ſequentia ſuſpēdo pauliſper: ut in hoc loco p cōueniētia temporꝫ Romana ſubiiciam. Anno ab urbe cōdita. cccc xxvi. Caudinas furculas ſatis celebres & famoſas inſignis Romanoruꝫ fecit infamia. Nam: cū ſuperiore bello. xx. milia

Sannitum Fabio magistro equitum pugnam conserente cecidissent: circūspectiore cura Sannites ac magis īstructo apparatu apud Caudinas furculas cōsederunt: Vbi cum Vecturium / & Posthumiuꝫ consules omnesque copias Romanorum angustiis locorum armisque clausissent: Pontius dux eorꝫ itātū abusus est uictoriæ securitate: ut Herennium patrem consulendum putaret: utrum occideret clausos: an parceret subiugatis. ut uiuos tamē dedecori reseruaret: elegit. Romanos enim antea sæpissime uinci & occidi: nunquam autem capi: aut ad deditionem cogi potuisse constabat. Itaque Sannites uictoria potiti uniuersum exercitum Romanū turpiter captum: armis ēt uestimentisque nudatum: tantum singulis uilioribus operimentis ob uerecūda corporꝫ tegēda concessis: sub iugo missum: seruitioque subiectum: longum agere pōpæ ordinē præceperunt. Secentis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis oneratos ignominia cæteris rebus uacuos cōsules remiserūt. Quid de exaggerāda huius fœdissimi fœderis macula uerbis laborem: qui tacere maluissem? Hodie enim Romani aut omnino non essent: aut Sannio dominante seruirent: si fidem fœderis: quam sibi seruari a subiectis uolunt: ipsi subiecti Sannitibus seruauissent. Posteriore anno infringunt Romani firmatam cum Sannitibus pactionem: eosque in bellum cogunt: quod Papyrio consule insistēte cōmissuꝫ magnas strages utriusque populi dedit. Cūque binc ira recentis infamiæ: inde gloria proximæ uictoriæ pugnantes stimularet: tandem Romani pertinaciter moriēdo uicerūt. nec cædi pariter: uel cædere destiterunt: nisi postquā uictis Sānitibus & capto duce eorꝫ iugū reposuerunt. Idē deinde Papyrius Satricū expulsō ide Sānitico præsidio expugnauit. & cepit. Hic aūt Papyrius adeo tūc apud Romanos bellicosissimus habebatur: ut cū Alexāder Magnus disponere diceretur ab oriēte descendens obtinere uiribus Aphricam: atque inde ī Italiā transuebi: Romani inter cæteros duces tunc in re publica sua optios: būc præcipuum fore: qui Alexandri impetum sustinere posset: meditarentur.

Initium regni Alexandri Magni. Cap. 15

Gitur Alexander anno ab urbe condita. ccccxxvi. patri Philippo
i successit in regnum: qui primam experientiam animi & uirtutis
suæ compressis celeriter Græcoruꝫ motibus dedit: qbus auctor: ut ab imperio Macedonū deficerent: Demosthenes orator auro Persarum corruptus extiterat. Itaque Athenienſibus bellū deprecātibus remisit: quos insuper etiam multo metu soluit. Thebanos diruta ciuitate deleuit. reliquos sub corona uendidit. cæteras uero urbes Achaiæ / & Thessaliæ uectigales fecit. Illyricos quoque & Thracas trāslato mox abbinc bello domuit. Inde profecturus ad Persicuꝫ bellū omnes cognatos ac proxios suos iterfecit

In exercitu eius fuisse tãtummõ peditũ.xxxii.milia.eqtũ iiii.M.d.naues.clxxx: referuntur.hac tam parua manu uniuersum terrarum orbem utrũ mirabilius sit quod uicerit:an:quod aggredi ausus fuerit:icertũ est. Primo eius cũ Dario rege congressu.dc.M. Persarum ĩ acie fuerunt:quæ non minus arte Alexãdri superata : quam uirtute Macedonum terga uerterunt . Magna igitur cædes Persarũ fuit . In exercitu aũt Alexandri.cxx. equites & nouem tantum pedites defuere . Deinde Gordien Phrygiæ ciuitatem : quæ nunc Sardis uocitatur: obsessam expugnatamque cepit.ac direptioni dedit.Inde nũtiato sibi Darii cũ magnis copiis aduentu:timens angustias:quibus ĩerat:locorum: Taurũ mõtẽ mira celeritate transcendit. &.d.stadiis sub una die cursu transmissis Tharsũ uenit. ibique cum sudans in Cydnum pfrigidum amnẽ descendisset: obriguit. contractuque neruorum proximus morti fuit.Interea Darius cum .ccc.M. peditũ &.c.M.equitum in aciem procedit.Mouebat hæc multitudo hostiũ etiam Alexandrum maxime respectu paucitatis suæ:quanuis iã pridẽ .dc.M. hostium eadem paucitate superatis non solum non timere pugnam:sed etiam uictoriam sperare didicisset.Itaque: cum intra iactum teli uterque cõstitisset exercitus: & intentos in signum belli populos discurrentes principes uariis inci tamentis acuerent:ingentibus utrinque animis pugna cõmittitur: In qua ãbo reges Alexander & Darius uulnerantur.ac tamdiu certamen anceps fuit:quo adusque fugeret Darius.Exinde cædes Persarum secuta est.Ibi tunc peditum .lxxx.M.equitum .x.M. cæsa:capta autẽ.xl.M.fuere.Ex Macedonibus uero cecidere.cxxx.pedites.equites.cl.In castris Persarum multuz auri/cæterarũq̃ opum repertum est. Inter captiuos castrorum mater & uxor/eademq̃ soror/ & filiæ duæ Darii fuere: Quarum redemptionem Darius cum etiam oblata regni dimidia parte non impetrauisset:tertio cũctis Persarũ uiribus sociorũq̃ auxiliis contractis bellum ĩstaurat.Sed dum hæc Darius agit: Alexãder Par menionem ad inuadendam Persicam classem cum copiis mittens ipse ĩ Syriã proficiscitur.Ibique ex multis sibi regibus cũ insulis ultro occurrentibus alios ablegit.alios mutauit.alios perdidit. Tyrũ urbem antiquissimã/& florẽtissimã fiducia Carthaginensium sibi cognatorum obsistentẽ oppressit.& cepit.Exin Ciliciam/Rhodum/atque Aegyptuz pertinaci furore peruadit. Inde ad tẽplũ Iouis Ammonis pergit:ut mendacio ad tempus composito ignominiam sibi patris incerti/& infamiam adulteræ matris aboleret.Nã accersitum ad se pha ni ipsius antistitem ex occulto monuit : quid sibi tanquam cõsulẽti responderi uelit:sicut historici eorum dicũt. Ita certus Alexander fuit nobisque ꝓdidit: diis ipsis mutis/& surdis:uel in potestate esse antistitis quid uelit fingere:uel in uoluntate consulentis:quid malit audire. Reuertens ab Ammone ad tertium Persicum bellum Alexandriam in Aegypto condidit . Darius uero spe pacis amissa .cccciiii.M. peditũ.&.c.M. equitũ Alexandro ab Aegypto reuertẽti

apud Tharsum bello opponit. Nec pugnæ mora. omnes cæca rabie in ferrum ruunt: Macedones totiens a se uictis hostibus animosi: Persæ: nisi uincãt: mori præoptantes. Raro in ullo prælio tantum sanguinis fusum est. Sed Darius cũ uinci suos uideret: mori in bello paratus persuasu suorum fugere compulsus ẽ. Hoc prælio Asiæ uires/& regna ceciderunt. totusque oriens in potestatẽ Macedonici cessit imperii. atque ita attrita est in hoc Persarũ omnis fiducia: ut post hoc nullus rebellare ausus sit: patienterque Persæ post imperiũ tot annorũ iugum seruitutis acceperint.

Alexander Darium uicit. Cap. 10.

a Lexander nanque. xxxiiii. continuis diebus castrorũ prædam pcensuit. ac Persepolis caput Persici regni urbem famosissimam/ confertissimamque opibus totius orbis inuasit. Darium uero cũ a propinquis suis uinctũ compedibus aureis teneri comperisset: persequi statuit. Itaque iusso: ut se sequeretur exercitu: ipse cum .M. militum profectus inuenit in itinere solum relictum: multis confossum uulneribus: & extrema uitæ per uulnera efflantem. Hunc mortuũ iam misericordia referri: & in sepulchris maiorum sepeliri præcepit: cuius non dicã matrem: uel uxorẽ: sed etiam paruulas filias crudeli captiuitate detinebat. In tãta malorũ multitudine difficillima dictis fides. tribus præliis totidemque annis quinquies decies centena .M. peditum equitumque cõsumpta sunt. Et hæc quidem ex eo regno illisque populis: unde iã ante ãnos non multo plures decies nouies centena .M. profligata referuntur: quanquam extra has clades per eosdẽ tres ãnos & Asiæ ciuitates plurimæ oppressæ sunt: & Syria tota uastata: Tyrus excisa: Cilicia exinanita: Cappadocia subacta: Aegyptus addicta sit: Rhodus quoque insula ultro ad seruitutem tremefacta successerit: plurimæque subiectæ Tauro prouinciæ: atque ipse mons Taurus diu detrectatum iugum domitus & uictus acceperit. Et: ne forte quisquã opinetur uel orientem solum Alexandri uiribus subactum: uel Italiam tantumodo Romana inquietudine fatigatam: tunc etiã bellum Agidis Spartanorũ regis in Græcia. Alexandri regis Epiri i Lucaĩa. Zopyrionis præfecti in Scythia gerebatur: quorum Agis Lacedæmonius excitata & rebellante secum uniuersa Græcia cum Antipatri fortissimis copiis congressus inter magnas utrorumque strages & ipse procubuit. Alexãder autem in Italia affectans occidentis imperium: æmulans Alexandrũ Magnũ: post numerosa & grauia bella ibidem gesta: a Brutiis Lucanisque superatus ẽ. corpusque eius ad sepulturã uenditum. Zopyrion uero præfectus Ponti adunato. xxx. M. exercitu. Scythis bellum iferre ausus est. & usque ad iternicionẽ cæsus funditus cũ omnibus copiis suis abrasus est. Igitur Alexãder Magnus

post Darii mortem Hyrcanos & Mardos subegit: ubi etiã illum adhuc bello intentum Thalestris: siue Minothea excita suscipiendæ ab eo sobolis gratia cũ .ccc. mulieribus procax Amazon iuẽit. Post hæc Parthorũ pugnã aggressus: quos diu obnitẽtes deleuit propemodum ante: quam uicit. Inde Dracas Euergetes/Parymas/Parapamenos/Hydaspios/cæteroſque populos: qui in radice Caucasi morabantur: subegit: urbe ibi Alexandria super amnem Tanaim cõstituta. Sed nec minor eius in suos crudelitas: quã in hostẽ rabies fuit. Docẽt hoc Amyntas cõsobrinus occisus: nouerca: fratresque eius necati: Parmenio/& Philiotas trucidati: Attalus/Eurylochus/Pausanias/multique Macedoniæ principes extincti: Clitus quoq; annis grauis: amicicia uetus nefarie iterfectus: Qui cum in conuiuio fiducia regiæ amiciciæ aduersus regem opera sua Philippo præponentem memoriam patris tueretur: ab offenso frustra rege uenabulo transfossus cõmune conuiuium moriens cruẽtauit. Sed Alexãder hũani sanguinis insaturabilis siue hostium: siue etiam sociorum recentẽ; tamẽ semp sitiebat cruorẽ. Itaque pertinaci ipetu in bella procurrens Chorasmos/& Dacos: idomitam gentem in deditionem accepit. Callisthenem philosophũ: sibiq; apud Aristotelem condiscipulum cum plurimis aliis principibus: quod eum deposito salutandi more: ut deum nõ adoraret: occidit. Post hæc Indiã petit: ut oceano ultimoque oriẽte finiret imperiũ. Nysam urbẽ adiit. Dedalos mõtes regnaq; Cleophilis reginæ expugnauit: quæ cum se dedidisset: concubitu regnũ redemit.

Indiam ingressus est Alexander. Cap 17

Peragrata perdomitaque Alexanderi India: cum ad saxum miræ asperitatis: miræque magnitudis & altitudinis: in quod multi populi confugerant: puẽisset: cognoscit Herculem ab expugnatiõe eiusdem saxi terræ motu prohibitum. aemulatione permotus: ut Herculis acta superaret: cũ summo labore ac periculo saxo potitus omẽs loci eius gentes in deditionem accepit. Cum Poro fortissimo Indorum rege cruentissimum bellũ gessit: In quo Alexander cũ ipso Poro singulariter cõgressus: occisoque deiectus equo: concursu satellitum præsentiã mortis euasit. Porus multis uulneribus confossus retentus & captus est: quo ob testimoniũ uirtutis in regnũ restituto: duas sibi condidit ciuitates Niciam & Bucephalam: quam de nomine equi sui ita uocari præcepit. Inde Adrestas/Stathenos/Passidas/& Gangaridas cæsis eorum exercitibus Macedones expugnauere. Cumque ad confines uentum esset: ibi contra ducenta milia equitum hostium pugnã conseruerunt. Et cum ætate detriti: aio ægri: uiribus lassi difficile uicissent: castra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt. Exin Alexãder ad amnem Agasinum pergit. Per hunc in oceanum deuehitur: ibi Gessonas/Sybosque:

quos Hercules condidit: oppressit. Hinc Mardos & Subagras nauigat: quæ gentes eum armatis .lxxx. milibus peditum & .lx. milibus equitum excipiunt. Commisloque prælio diu anceps & cruenta pugna: tandem tristē pene omnē uictoriam Macedonibus dedit. Nam fusis hostium copiis Alexāder exercitū ad urbem duxit. Et cum murum ascēdisset primus: uacuam ciuitatem ratus solus introrsum desiluit: quem cū undique infesti hostes circūdedissent: incredibile dictu est: ut eum non multitudo hostium: non uis magna telorum: non tantus lacessentium clamor terruerit. solus tot milia ceciderit: ac fugarit. At: ubi se obrui a circūfusa multitudine persensit: muri obice posteriora tutatus: contrarios facilius eo usque sustinuit: donec ad periculum eius clamoremque hostium: perfractis muris exercitus omis irrumperet. In eo prælio sagitta sub mamma traiectus: fixo genu eatenus pugnauit: donec eum: a quo uulneratus esset: occideret. Inde conscensis nauibus cuz oceani litora peragraret: ad urbē quandā: cui Ambira rex præerat: peruenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnam partē exercitus sagittis hostium ueneno illitis amisit. ac post herba per somnium sibi ostensa: & in potum sauciis data: cum reliquis subueniretur: urbē expugnauit. & cepit.

Omnes prouinciæ in Babylona ad Alexandrum territæ legatos: pacem petentes miserunt. Cap. 18.

Ost quasi circūacta meta de oceano Indum flumē ingressus Babylona celeriter rediit: ubi eum exterritarz totius orbis puinciarz legati opperiebātur: hoc est Carthaginensium & totius Aphricæ ciuitatum: sed & Hispanorum, Gallorum, Siciliæ, Sardiniæque. plurimæ præterea partis Italiæ tantus timor ī summo oriente cōstituti ducis populos, ultimique occidentis inuaserat: ut inde peregrinā toto mūdo cerneres legationem: quo uix crederes peruenisse rumorē. Alexander uero apud Babyloniam cum adhuc sanguinem sitiens male castigata auiditate ministri īsidiis uenenū potasset: interiit. O dura mens hominum. & cor semper inhumanum. Ego ipse qui hæc pro asserenda omnium tēporū alternata calamitate pcēseo: in relatu tanti mali: quo uel ipsa morte: uel formidīe mortis accepta totus mūdus intremuit: nunquid non lachrimaui oculis? nunquid non corde condolui? nunquid non reuoluens hæc propter cōmunem uiuendi statū maiorz miserias meas feci? cum tamen: siquando de me ipso refero: ut ignotos primū barbaros uiderim: ut infestos declinauerim: ut dominantibus eblanditus sim: ut īfideles præcauerim: ut insidiantes subterfugerim: postremo: ut persequentes in mari saxis, spiculisque appetentes: manibus etiam pene iaz apprehendentes repentina nebula circūfusus euaserim: cunctos audientes me ī lachrimas cōmoueri ueli. & tacitus de non dolentibus doleam: reputans duriciē eorū: qui: quod nō sustinuere: non credunt. Hispanus Maurinus ad supplicandū Alexādro Babylona

adiit. cruentũque dominum ultro: ne hoſtes exciperet: per Aſſyriã Indiamque quæſiuit: terrarũ metas luſtrãs: & utrique infeliciter notus oceano. & tamen tã uiolentæ neceſſitatis memoria uel obliuiõe defecit: uel uiluit uetuſtate. Et nos perpetuæ recordationi hæſurũ putamus: quod plurima orbis parte ſecura unũ angulũ fugax latro uiolauit: quaſi uero Gotorũ & Sueuorũ pacẽ: ut nõ dicam uerſa uice Indus uel Aſſyrius: ſed etiã uel ipſe: qui hoſtem patitur: Hiſpanus orauerit. At uero: ſi illa Alexandri tẽpora laudanda potius propter uirtutem: qua totus orbis obtentus eſt: quam deteſtanda propter ruinã: qua totus orbis effuſus eſt: iudicantur: inuenientur & modo plurimi: qui hæc laudanda cẽſeãt: quod multa uicerunt. & miſerias aliorum felicitatem ſuã reputent. Sed dicet quiſpiam. Iſti hoſtes Romani ſunt. Reſpondebitur. Hoc & tunc toto orienti de Alexãdro ui debatur. taleſq; & Romani aliis uiſi ſunt: dũ bellis quetos ignotoſque petiuerunt. Sed illi acquirere regna. iſti euertere ſtudent. Separata ſunt hoſtis excidia. & iudicia uictoris. Siquidem & illi prius eos bellis afflixerunt: quos poſtea legibus ſuis ordinarunt: & hi nunc hoſtiliter turbant: quæ: quod non permiſerit deus: ſi edomita obtinerent: ritu ſuo componere molirentur: dicẽdi poſteris reges magni: qui nũc nouiſſimi hoſtes adiudicãtur. Quolibet hæc geſta talia nomine cenſeantur: hoc eſt ſiue dicantur miſeriæ: ſiue uirtutes: utraque prioribus comparata hoc tempore minora ſunt. atque pro nobis ita utraque faciunt in comparatione Alexandri atque Perſarum: Si uirtus nunc uocanda eſt: minor eſt hoſtium. ſi miſeria: minor eſt Romanorum.

Papyrius conſul contemptis auguriis magnam cõſecutus eſt uictoriã.

Cap. 19

a Nno ab urbe condita .ccc.l. Fabio Maximo quinquies / Decio Muræna quater conſulibus quatuor fortiſſimi florentiſſimique populi Italiæ in unum agmen fœduſque coierunt. Nanque Hetruſci & Vmbri / Sannites / & Galli uno agmine cõſpirãtes Romanos delere conati ſunt. Tremefacti hoc bello Romãorũ animi. & labefacta fiducia eſt. nec auſi ſunt tantus ſperare de uiribus. dolo diuidere hoſtes potius rati pluribus ſe bellis ĩplicauere: quã grauibus. Itaque cum quibuſdã ſuis ad populãdos hoſtiles agros in Vmbriam Hetruriãque præmiſſis Vmbrorũ Hetruſcorũq; exercitum redire ad tuitionem ſuorum coegiſſent: cum Sannitibus & Gallis bellũ inire properarunt: in quo bello cũ Gallorũ impetu premerẽtur Romãi: Decius conſul occiſus eſt. Fabius tamen poſt magnas Decianæ partis ſtragẽ tandem uicit. Eo prælio. xl. M. Sannitum: ſiue Gallorus cæſa ſunt. Romanorũ uero ſeptem. M. ex Decii tantũmodo parte: qui occiſus eſt: referuntur. Fuiſſe autem abſque Hetruſcis & Vmbris: quos aſtu Romani bello aduocauerunt: Gallorum & Sãnitũ. xl. M. peditũ & .x. M. equitũ. At uero ſeptẽs. M. Liuius

refert:& carpentarios .M. in armis contra aciē ſtetiſſe Romanā. Sed: ut ſæpe dictum eſt: ſemper Romanorum aut domeſticam quietem extraneis bellis interpellatam: aut externos euentus morbis interioribus aggrauatos tantuz: ut omnimode ingentes animi undecūque premerentur. Hanc cruentam triſtēq; uictoriā peſtilētia ciuitatis onerauit: & triumphales pompas obuiæ mortuoꝝ exequiæ polluerunt. Nec erat: cui de triumpho gaudia ſuaderentur: cum tota ciuitas aut ægris ſuſpiraret: aut mortuis. Sequitur annus: quo Romani inſtau rato a Sannitibus bello uicti ſunt. atque i caſtra fugerunt. Poſtea uero Sānites nouum habitum animūque ſumentes: hoc ē deargentatis armis ac ueſtibus/ paratoque aīmo: niſi uincant: mori bello ſeſe offerunt: Aduerſuz quos Papyrius conſul cum exercitu miſſus cum a pullariis auguribus uana coniectantibus cō gredi prohiberetur: irridens eos tam feliciter confecit bellum: quam cōſtāter arripuit. Nam in hoc prælio .xii. M. hoſtium cæſa. tria. M. capta referuntur. Sed hanc quoque iſtius uere laudandam uictoriam: quam uani haruſpices im pedire non potuerunt: oborti ſubito corrupere morbi. Nā tāta ac tā ītolerabilis peſtilentia tunc corripuit ciuitatem: ut propter eam quacūq; ratiōe ſedandaz: libros ſibyllinos conſulendos putarint: horrendumque illū Epidauriū colubrū cū ipſo Aeſculapii lapide aduexerint: quaſi uero peſtilentia aut ante ſedata nō ſit: aut poſt orta non fuerit. Præterea altero abbinc āno Fabius Gurges cōſul male aduerſus Sannites pugnauit. Nanque commiſſo exercitu uictus in urbē refugit. Itaque cum ſenatus de ſummouendo eo deliberaret: pater eius Fabius Maximus ignominiam filii deprecatus legatum ſe filio iturum ultro obtulit: ſi illi depellendæ ignominiæ & gerendi iterum belli facultas daretur. Qua im/ petrata prælioque conſerto: cum ſubito pugnantem filium conſulem inſiſtēte Pontio Sannitum duce/ & infeſtis hoſtiū telis concluſum uideret: in medium ſe agmen pius ſenex equo uectus igeſſit: Quo facto permoti Romani tota ibi incubuere acie: donec ipſum ducem Pontiū deleto hoſtili exercitu: uictū op/ preſſumq; ceperunt. Cæſa ſunt in eo prælio Sannitū .xx. M. capta autē .iiii .M. cum rege ſuo. Tandemque Sanniticum bellum: quod per .x. lyiiii. ānos multa Romanorum clade trabebatur: capti ducis deſtitutione finitū eſt. Anno ſub/ ſequente cum Sabinis Curio conſule bellum geſtum eſt: ubi quot milia hoīuz interfecta: quot capta ſint: ipſe conſul oſtendit: qui cū in ſenatu magnitudinez acquiſiti agri Sabini / & multitudinem capti populi referre uellet: numerum explicare non potuit. Anno ab urbe cōdita. cccc. lx. iii. Dolobella & Domitio cōſulibus Lucani/ Brutii/ Sannites quoque cū Hetruſcis & Senonibus Gallis facta ſocietate: cum rediuiuum contra Romanos bellum molirentur: Romāi ad exorandos Gallos miſere legatos: quos cū Galli iterfeciſſent: Cæcilius præ tor ob ulciſcēdam legatorum necem/ & comprimendum tumultum hoſtium cum exercitu miſſus ab Hetruſcis Galliſque oppreſſus iteriit. Septē præterea

tribuni militum in ea pugna occisi. multi nobiles trucidati. xiii. M. etiã militũ Romanorũ illo bello prostrata sunt. Ita autẽ quotiensc̃ũque Galli exarserũt: totis opibus suis Roma detrita est: ut sub præsenti nũc concursatione Gotorũ magis debeat meminisse Gallorum.

Mortuo Alexãdro rege Macedoniæ duces eius mutuis se bellis cõsumpserũt.

Cap. 20

a Ego nunc reuocor: ut hæc eadẽ tempora: quibus Romani ista perpessi sunt: & quæ inter se bella gesserint Macedonum duces: reuoluã: qui mortuo Alexandro sortiti diuersas prouicias mutuis se bellis consumpserunt: quorũ ego tumultuosum tempus ita mihi expectare uideor: quasi aliqua immensa castra per noctẽ de spectaculo mõtis aspectans: nihil in magni campi spatio præter innumeros focos cernã. Ita per totum Macedoniæ regnum: hoc est per uniuersam Asiã: & plurimã Europæ partem: Libyæque uel maximã: horrendi subito bellorum globi colluxerunt. Qui cum ea præcipue loca: in quibus exarsere: populati sunt: reliqua oia terrore rumoris: quasi fumi caligine turbauerunt. Sed nequaquam tãtorũ regum ac regnorum bella/excidiaque explicabo: nisi prius ipsa cũ regibus regna p̃didero. Igitur Alexander per. xii. annos trementem sub se orbẽ ferro pressit. Prĩcipes uero eius. xiiii. annis dilaniauerunt. &: ueluti opimã prædam a magno leone p̃stratam auidi discerpsere catuli. seque ipsos in rixam inuicem irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaq̃ prima Ptolemæo Aegypti/& Aphricæ/ Arabiæque pars sorte prouenit. Confinem huic prouiciæ Syriã Laomedon. Mitylenæus Ciliciã. Philotas & Philo Illyrios accipiũt. Mediæ maiori Acropatus. minori socer Perdicæ præpõitur. Susania gẽs Scyno. Phrygia maior Antigono Philippi filio assignatur. Lyciã/& Pamphiliã Learchus. Cariã Cassander. Lydiam Menãder sortiuntur. Leonatus minorẽ Phrygiam accepit. Thracia & regiones Pontici maris Lysimacho. Cappadocia cũ Paphlagonia Eumeni data. Summa castrorum Seleuco Antiochi filio cessit. stipatoribus regis satellitibusque Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana ulteriore/& Indiæ regionibus præfecti priores: qui sub Alexandro esse cœpant: pmãserũt. Seres inter duos amnes Hydaspem & Indum constitutos Taxillas habuit. in colonias in Indis conditas Pithõ Agenoris filius mittitur. Parapamenos fines Caucasi montis Axiarches accepit. Draicas/& Argeos Statanor. Bactrianos Amyntas sortitur. Sagilianos Scythæus. Nicanor Parthos. Philippus Hyrcãios. Phrataphrarnes Armẽios. Neoptolemus Persas. peutestes Babylõios. Arthous Pelasgos. Archesilaus Mesopotamiã adepti sunt. Igit̃ causa & origo bellorũ epistola Alexandri regis fuit: qua iussit omnes exules patriæ libertatiq̃ restitui. Potentes enim ciuitatũ Græciæ: timentes: ne exules recepta libertate

ultionem meditarentur: a regno Macedonum defecerunt. Primi Athenienſes contracto. xxx. M. exercitu &. cc. nauibus belluꝫ cum Antipatro: cui Græcia ſorte obuenerat: gerunt. Per Demoſthenen quoque oratoreꝫ Sicyona/Argos & Corinthum/cæteraſque ſibi ſocias adiungunt. Antipatrum obſidiõe cigũt. Ibi dux eorum Leoſthenes telo ex muris iacto perfoſſus occiditur. Athenienſes Leonato: qui Antipatro auxilium ferebat: occurrunt. eiuſque copiis cõminutis ipſum interficiunt. Perdica uero bellum Ariarato Cappadocum regi intulit. eumque uicit: in qua uictoria nil: præter uulnera & picula conquiſiuit. Nam omnes ante irruptionem urbis ſuæ: ſuccenſis domibus ſuis: ſe/ſuaq̃ omia concremauerant. Poſt hæc bellum inter Antigonum & Perdicam oritur: grauiſſime multis prouinciis & inſulis ob auxilia uel negata: uel præſtita dilaceratis. Diu deliberatum: utrum in Macedoniam bellũ tranſferretur: an in Aſia gereretur. nouiſſime ipſe Perdica Aegyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas partes diſcurrentibus ducibus in ſua uiſcera armatur. Ptolemæus Aegypti uiribus & Cyrenẽſibus copiis inſtructus occurrere bello Perdicæ parat. Inter hæc Neoptolemus & Eumenes cruentiſſimo inter ſe prælio digladiati ſunt. Victus Neoptolemus ad Antipatrum fugit: Quẽ ut Eumenẽ deinſperato opprimat: perurget: quod Eumenes futurũ ratus: inſidiãtes iſidiis capit. In eo bello Polypercon occiditur. Neoptolemus & Eumenes mutuis ſunt uulneribus cõfoſſi. ſed Neoptolemus interiit. Eumenes uictor euaſit. Perdica cum Ptolemæo acerbiſſime bello congreſſus/amiſſis copiis ipſe quoque interfectus ẽ. Eumenes/Pithon/& Illyrius/& Alceta frater Perdicæ a Macedonibus hoſtes pronuntiantur. belluꝫ aduerſum eos ab Antigono decernitur. Itaque Eumenes & Antigonus collatis aduerſuꝫ ſe maximis copiis cõflixerũt. Eumenes uictus in quoddam caſtellum munitiſſimum fugit: unde auxilia Antipatri tunc potentiſſimi per legatos popoſcit: quo nuntio territus Antigonus ab obſidiõe diſceſſit. Sed nec ſic Eumeni ſpes firma: aut ſalus certa. Quare ultimo conſilio argyraſpidas ob arma deargẽtata ſic dictos: hoc eſt milites: q ſub Alexandro militauerant: in auxilium rogat: Qui faſtidioſe duceꝫ in diſponendo bello adeũtes: ab Antigono uicti: caſtriſque priuati & uxore & liberos: ſimulque omnia: quæ ſub Alexandro acquiſiuerant: perdiderunt: qui poſtea turpiter per legatos reddi ſibi: quæ perdiderant: uictorem rogant. Antigonus autem ſe redditurum pollicetur: ſi ſibi uinctum Eumenem pertraherent. Ita illi ſpe recuperationis illecti dedecoriſſima proditione ducem ſuum: cuius ſigna paulo ante ſecuti fuerant: captiui ipſi captum catenatumque duxerunt. & mox cũ fœdiſſima ignominia i exercitu Antigoni diſperſi ſunt. Interea Eurydice Aridei regis Macedonum uxor multa ſub nomine uiri nefaria egit per Caſſandrũ: quem flagitioſe cognitum ad ſummum faſtigiuꝫ p omnes honoꝫ

gradus prouexerat: q ex libidīe mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit. Tūc Olympias mater Alexādri regis hortante Polyperconte cū ab Epiro in Macedoniā prosequente Eacida rege Molossorū ueniret: & ab Eurydice finibus ꝓhiberetur: adnitētibus Macedonibus Arideū regē & Eurydicē iussit occidi: quāquā & ipsa Olympias cōtinuo meritas crudelitatis pœnas luit. Nam cum muliebri audacia multas pricipū cædes ageret: audito aduētu Cassandri diffisa Macedonibus cū Rhoxane nuru sua & nepote Hercule in urbem Pidhniū concedit: ubi cōtinuo ꝑ Cassandrū capta interfecta ē. Filius Alexādri Magni cū matre in arcē Amphipolytanā custodiendus ē missus. Perdica/Alceta/& polyperconte/cæterisque ducibus: quos cōmemorare lōgum ē: diuersæ partis occisis: finita bella iter successores uidebātur: cū Antigonus ardens cupiditate dominādi liberare bello Herculē regis filiū ab obsidione simulat. His cognitis Ptolemæus & Cassander inita cū Lysimaco & Seleuco societate belluꝫ terra mariq̄ enixe īstruūt. Antigonus i eo bello cū filio Demetrio uicit. Cassander Ptolemæo in uictoria particeps factus: cū Apolloniā rediret: icidit in Abderitas: q ꝓpter intolerādæ multitudis ranas & mures relicto patrio solo/& ātiqs habitaculis emigrātes nouas sedes prætenta interi pace requirebāt. Sed Cassander & uirtutē & multitudinē gētis agnoscēs: ne adacti necessitate Macedoniā bello quaterent: atque iuaderēt: receptos i societatē in ultimis Macedoniæ finibus collocat. Inde cū iā Hercules Alexandri filius. xiiii. eēt ānoꝝ: timens: ne eū Macedones: quasi legitimū regē præoptarent: occidēdū tacite cum matre curauit. Ptolemæus iteꝝ cū Demetrio nauali prælio conflixit. &: cū pene oēꝫ classem/atq̄ exercitū ꝑdidisset: uictus i Aegyptū refugit. Hac uictoria elatus Antigonuꝫ regē se cū Demetrio filio appellari iubet: quod exēplū omēs secuti: regiū nomen sibi dignitatemque sumpserunt. Igitur Ptolemæus & Cassander cæterique factiois duces: cū decipi se ab Antigono sigillatī uiderēt: ꝑ epistolas se inuicē cōfirmantes coeundi in unū tēpus locūq̄ cōdicūt. & bellum aduersus Antigonū cōmunibus uiribus īstruunt. Cassander finitimoꝝ bellis implicitus Lysimachū clarissimū inter omēs ducē cū ingēti manu ꝑ se/sociis in auxiliuꝫ misit. Seleucus quoq̄ ex Asia maiore descēdens nouus Antigono hostis accessit. Hic siqdē Seleucus pluria per orientē inter socios regni Macedonici bella gessit. Pricipio Babylonē bello expugnauit. & cepit. Bactrianos nouis motibus assurgētes perdomuit. Trāsitū deide in Indiā fecit: quæ post mortē Alexādri: ueluti detracto excussoque a ceruicibus iugo præfectos eius occiderat: Sādrocotto quodā ad uindicādā libertatē duce: q postea crudeliter i ciues agēs: quos de extrema dominatiōe defenderat: ipe seruitio ꝑmebat. Cū hoc ergo Sādrocotto seleucus quanuis multa & grauia bella gessisset: nouissime firmatis regni cōdicionibus: & pacta pace discessit. Adunatis itaq̄ copiis Ptolemæi sociorūq̄ eius pugna cōmittitur: cuius q̄to potentior apparatus: tāto grauior ruina fuit.

Nā i ea tūc totius pene Macedonici regni uires cōciderunt. In ipso bello Antigonus occisus ē. ſz finis belli huius initiū alterius fuit. Nā: cū uictoribus de p̄da nō cōueniſſet: iterū i duas factiōes deducūtur. Seleucus Demetrio. Ptolemæus Lyſimacho iungit. Caſſandro defūcto filius Philippus ſuccedit. Sic q̄ſi ex integro noua Macedoniæ bella naſcūtur. Antipater Theſſalonicē matrem ſuam: Caſſandri uxorē. q̄uis miſerabiliter p̄ uita precantē: manu ſua trāſuerberauit. Alexāder frater eius: dū bellū aduerſuz fratrē ob ultionē matris iſtruit: a Demetrio: cuius auxiliū petierat: circūuētus occidit. Lyſimachus cuz Doricetis regis Thracū ifeſtiſſimo bello urgeret: aduerſus Demetriū pugnare nō potuit. Demetrius augmēto Græciæ & totius Macedoniæ elatus i Aſiā trāſire diſponit. Ptolemæus aūt & Seleucus & Lyſimachus experti priori certamine: q̄tæ uires eſſent concordiæ: iterum ſocietate facta: adunatiſque exercitibus bellum in Europā trāſferunt aduerſus Demetrium. His ſe comitem & bellis ſocium Pyrrhus rex Epiri iungit: ſperans: Demetrium Macedonia poſſe depelli. Nec ſpe fruſtratus fuit. quippe exercitu eius corrupto: ipſoque in fugā acto regnuz Macedoniæ Pyrrhus inuaſit. Deinde Lyſimachus generum ſuum Antipatrū inſidiantem ſibi interfecit. filiumque ſuum Agathoclem ultra humanū morē peroſus occidit: quibus quidē diebus Lyſimachia ciuitas formidoloſis terræ motibus euerſa: oppreſſoque populo ſuo crudele ſepulchrum fuit. Lyſimachū autem aſſiduis ſe parricidiis cruentantem omēs ſocii deſeruerūt. & ad Seleucū ſe deferentes pronū iaz æmulatione regni: ut bellum Lyſimacho inferret: hortati ſunt. Res fœdiſſimi ſpectaculi erat: duos reges: quorū Lyſimachus annos natus. lxxx. iiii. Seleucus autem. lxx. vii. de eripiēdis regnis alterutrū cōcurrere. in acie ſtare. arma gerere. Vltimum hoc quidem bellum Alexādri commilitonum fuit. ſed: quod ad exemplum miſeriæ humanæ fuerit reſeruatū. Quippe: cum orbem terrarum extinctis iam. xxx. iiii. ducibus Alexādri ſoli poſſiderēt: anguſtiſſimos ſenectutis ac uitæ ſuæ terminos non aſpicientes anguſtos eſſe imperio ſuo totius mundi terminos arbitrabātur. In eo bello Lyſimachus uel amiſſis: uel interfectis prius ante hāc pugnam. xv. liberis poſtremus occiſus ē. Sic Lyſimachus ſolutio pugnæ Macedoniæ fuit. ſed nec Seleucus quidē tāta uictoria impune eſt lætatus. Naz neque ipſe poſt. lxx. vii. annos quietē naturalis mortis inuenit. ſed extortam ſibi infeliciter uitam: uelut immatura morte finiuit. Quippe inſiſtente Ptolemæo: cuius ſororē Lyſimachus in matrimoio habuerat: inſidiis circūuentus occiſus eſt. Hæc ſunt iter parentes & filios/fratres/& ſocios conſanguinitatis ſocietatiſque commercia. Tanti apud illos diuīa atque humana religio pendebatur. Erubeſcāt ſane de recordatiōe præteritorū: qui nunc interuentu ſolius fidei chriſtianæ: ac medio tantum iurationis ſacramento uiuere ſe cum hoſtibus: nec pati hoſtilia ſciunt: quibus indutantiſſime probatur: quod non: ſicut illi antea cæſa iungebāt fœdera porca: ſed quia nunc

inter barbaros ac Romanos creatorem eis dominum suum conteſtantes tãtũ fide adhibita in ſacramentum ſeruant euãgelia: quantum tunc nec iter parentes / ac filios potuit ſeruare natura. Nunc autem finis Macedonici belli: finis etiam libri fiat: præſertim: cum iam abbinc Pyrrbi bella incipiant: & mox Punica conſequantur.

PAVLI OROSII IN QVARTVM LIBRVM PRAEFATIO.

d IXISSE Aeneam Virgilius refert: cum poſt pericula ſua: ſuorumque naufragia: reſiduos ægre ſocios ſolaretur: Forſitan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Hæc ſententia ſemel apte ficta ſemper uim ſuam triplicem diuerſiſſimis effectibus refert: cum & præterita tanto gratiora habent in uerbis: quanto grauiora referuntur ĩ geſtis. & futura dũ deſiderabilia faſtidio præſentium fiunt: ſemper meliora creduntur. Ipſis autẽ præſentibus ob boc in nulla parte miſeriarum iuſta comparatio adbiberi põt: quia multo maiore moleſtia afficiunt: quantulacũque ſint iſta: quæ ſunt: quã illa: quæ ſiue tranſacta: ſiue uentura: & ſi magna dicuntur: interim omnino non ſunt. Veluti: ſiquis nocturnis pulicibus titillatus: atq̃ ex eo uigiliis anxius: alias forte: quas ex ardẽtiſſimis febribus diu ſuſtinuit: uigilias: recordetur: ꝓculdubio impatientius feret iſtorum inquietudinem: quam illarum recordationẽ. Sed quanuis apud omnium ſenſus pro captu tempor ita uideri queat: nũquid tamẽ aliquis exiſtet: qui uel ĩ ipſa anxietate pronũtiet: grauiores pulices eẽ: quã febres: aut acerbius accipiat: ſe uigilare ſanum: quã dormire potuiſſe moritur? Quæ cũ ita ſint: delicatis iſtis & querulis noſtris utcunque concedo: ut hæc: quibus nunc: quia ſic expedit: interdum admonemur: ſentiendo grauia putent. Non tamẽ cõniueo: ut etiam aſſerant comparando grauiora: quemadmodũ: ſiquis molliſſimis e ſtratis / cubiculoque percõmodo matutinus egrediens nocturno gelu lacunarium dorſa obriguiſſe: herbaſque incanuiſſe proſpiceret: & inopinato uiſu admonitus diceret. frigus eſt bodie. bic mibi nequaquã reprehendendus uideretur: quia uel cõmuni uſu: uel proprio ſenſu locutus eſſet. At: ſi trepidus in cubiculum recurrens ſtratiſque ſeſe adoperiens: uel magis abdẽs clamaret tantum omnino frigus eſſe: quantum nec in Apẽnino aliq̃do fuerit: cum Hannibal elephantos / equos / plurimamque exercitus ſui partem: niuibus clauſus / atque oppreſſus amiſit: hunc ego puerilibus licentiis nauſeantẽ: nõ mõ dicentem iſta non ferrẽ. ſed etiam ab ipſis ſtratis ocii ſui teſtibus in populum publicũque protraherẽ. eique foras ꝓducto ĩfantes ĩ eo / atq̃ ex eo gelu ludẽtes /

iocundantes / ſudanteſque mõſtrarem : ut uerboſa nugacitas delicatis uitiata nutrimentis non in tempore uiolentiã: ſed in ſe eſſe ſegniciẽ doceretur. & in cõparatione rerũ diiudicanda nõ maiores parua toleraſſe. ſed ſe nec parua tolerare ſufficienter ꝓbarent. Quõd euidentius ipſis in memoriã reuolutis præteritorũ cladibus apꝓbabo: Pyrrhi bello ĩ primis: ſicut ordo ẽ: ꝓdito: cuius cã & origo hæc fuit.

De Pyrrho rege: q̃ multa bella intulit Romanis. Cap. 1.

a Nno ab urbe condita .cccc .lx.iiii. Tarentini Romanã claſſem forte prætereuntem e ſpectaculo theatri proſpectaꝫ hoſtiliter inuaſerunt. quinque tantum nauibus uix per fugam elapſis : cætera retracta in portum claſſis & profligata eſt. præfecti nauiũ truci dati. omnes bello utiles cæſi. reliqui precio uẽditi ſunt. Continuo miſſi Tarẽtũ a Romanis legati: ut de illatis quererentur iniuriis: pulſati ab eiſdem auctas inſup iniurias retulerunt. His cauſis bellum ingens exortum eſt. Romanos: qui quantique hoſtes circumſtreperent permetientes : ultima adegit neceſſitas proletarios quoque in arma cogere: hoc eſt eos : qui in urbe ſufficiendæ ſemp prolis cauſa uacabant: militiæ aſcribere. quippe cum fruſtra de prole cura ſit: niſi rebus præſentibus conſulatur. Itaque irruit in uniuerſos Tarentinorũ fines cum Leuino conſule Romanus exercitus. igni/ferroque uaſtat omĩa. plurima expugnat oppida. iniuriam inſolenter acceptam crudeliter uindicat. Continuo Tarentinos plurimis finitimorum præſidiis fultos maxime Pyrrhus auxit : q̃ etiam in ſe ob magnitudinem uirium/conſiliorumque ſummam belli nomẽq̃ traduxit. Nam Tarentum utpote ex Lacedæmoniis conditaꝫ: cognatamque Græciæ ciuitatẽ uindicaturus totas uires Epiri/Theſſaliæ/& Macedoniæ/elephantes etiam uſque in id tempus inuſos Romanis numero .xx. ĩ Italiã primus inuexit: terra/mari/uiris/equis/armis/belluis/ad poſtremuꝫ uiribus ſuis/doliſque terribilis. ſed Delphici illius uaniſſimi ſpiritus & mendaciſſimi nebulõis : queꝫ uatem magnum ipſi ferunt: reſponſo circũuentus ambiguo exitũ fecit: qualem non putabat: illum conſuluiſſe. Itaque atud Heracleam Campaniæ urbẽ fluuiumque Lirim prima inter Pyrrhum regem & Leuinum conſulem pugna commiſſa eſt. Conſumptus eſt grauiſſimo certamine dies: utrinque omnibus mori intentis: fugere neſciis. Introductos autem ĩter cõcurrentia agmina elephantos: forma truces: odore graues: mole terribiles: ut uidere Romani nouo pugnandi genere circũuenti/& territi: equis maxĩe pauitantibus diffugerũt. Sꝫ poſtquã Minutius quartæ legionis primus haſtatus protentam in ſe manum belluæ gladio deſecuit: & conturbatam dolore uulneris auerti bello: atq̃ in ſuos ſæuire compulit: eiuſque immoderato diſcurſu perturbari: ac ꝑmiſceri cœperunt: finis pugnæ etiã beneficio noctis impoſitus eſt. Victos fuiſſe Romanos:

turpis fuga prodidit: quorũ tunc cecidisse peditum referuntur. xi. M. dcccc. lxxx. capti autem. ccc. &. x. Equites uero cæsi. cc. xl. vi. capti. dccc. ii. signaque amissa. xx. ii. Nam quantus e diuerso numerus socioruꝫ Pyrrhi fuerit extictus: memoriæ non est traditum maxime: quia scriptorum ueteruꝫ mos est: ex ea parte: quæ uicerit: occisorum non cõmemorare numerum: ne uictoriæ gloriã maculent damna uictoris: nisi forte cum adeo pauci cadunt: ut admirationeꝫ terroremque uirtutis augeat paucitas perditorum: sicut in prima belli Persici congressione apud Alexãdrũ Magnum fuit: cui inter. cccc. fere milia hostiũ interfecta: nouem tantũmodo in exercitu eius pedites defuisse referuntur. Sed Pyrrhus atrocitatẽ cladis: quam hoc bello exceperat: diis suis/hominibusque testatus est: affigens titulum in templo Tarentini Iouis: in quo hæc scripsit. Qui antehac fuere inuicti uiri pater optime Olympi: hos ego in pugna uici. uictusque sum ab eisdem. Et cum a sociis increparetur: cur se uictum diceret: qui uicisset: respondisse fertur. Ne ego: si iterum eodem modo uicero: sine ullo milite Epirum reuertar. Interea Romanus exercitus postquã uictus clã fugit e castris: miserabileꝫ belli cladem: grauioribus monstris auctã accumulatãque persensit. Nam pabulatores forte progressos: uelut hostilis quædã oborta tempestas cum horribili fragore cœli correptos diris fulminibus exussit. Quippe. xxx. iiii. eoꝝ quidam turbo prostrauit. xx. ii. semineces relicti. iumẽta exãata & capta quãplurima: ut merito contigisse non in signum uastationis futuræ: sed uastatio ipsa referatur. Secunda inter Pyrrhũ & Romanos cõsules pugna in Apuliæ finibus fuit: ubi clades belli ad utrosque: sed maxime ad Pyrrhum. uictoria ad Romanos concessit. Nam cum diu obnixe cunctis ĩ mutuã cædẽ ruentibus anceps belli penderet euẽtus: Pyrrhus transfixo brachio saucius prior cessit e prælio. Sed & Fabritius legatus tunc uulneratus est. Elephãti pria pugna unlnerari: atque in fugam cogi posse deprehensi. deinde subiectis inter posteriora/ ac mollia ignibus exagitati: ardẽtes insup machinas furore trepido circũferentes exitio suis fuere. Cæsa sunt ĩ ea pugna. iiii. M. Romanoꝝ. De exercitu uero Pyrrhi. xx. M. pstrata sunt. Regis signa ablata. xxxx. iii. Romanorũ undecim amissa sunt.

Romanoꝝ miseria nullis cessat induciis. Cap. 2

Pyrrhus bello fractus Agathocle mortuo rege Syracusano ad Siciliæ accersitus imperiũ Syracusas concessit. Sꝫ & Romanorum miseria nullis cessat ĩduciis. Consumitur morboꝝ malis ĩtercapedo bellorum. & cũ foris cessatur a prælio: agitur ĩtrorsum ira de cœlo. Nã Fabio Gurgite iteꝝ Gaio Genutio Clepsina consulibus pestilentia grauis urbẽ ac fines eius inuasit: quæ ões tum præcipue mulieres/pecudesque corripiẽs: necatis ĩ utero fœtibus futura prole uacuauit. & ĩmaturis partubus

cũ periculo matrũ extorti abortus proiiciebãtur.adeo:ut defectura ſucceſſio: & defuturum animantum genus adempto uitalis partus legitimo ordie crederetur:Interea reuerſum ex Sicilia Pyrrhum Curius conſul excepit. tertiũq̃ id belluꝫ cõtra Epirotas apud Lucaniã ĩ Auruſinis cãpis geſtũ eſt.Itaque prĩo concurſu cum Pyrrhi milites Romanoꝝ impreſſione trepidarent : circumſpectanteſque fugam belli cedere molirentur: Pyrrhus elephantos ex ſubſidiis iuſſit ĩduci. Romani aſſueti iam pugnare cũ belluis:cuꝫ malleolos ſtuppa inuolutos:ac pice oblitos:uncis inſuper & aculeis tenaces præparauiſſent:eoſque flãmatos in terga belluaꝝ turreſque uibrarent:nõ difficile furẽtes ardenteſque belluas in eorum excidia:quoꝝ ſubſidia fuerant:retorſerunt. Octoginta nãque milia peditum in illo prælio habuiſſe regẽ dicunt. equitũ uero ſex .M. Ex his cæſa referuntur.xxx.M.capti autem.ccc.Pyrrhus quinto decimo anno : quo uenerat:ab Italia uictus aufugerat : qui poſt multa grauiſſimaque bella : quæ geſſit:in Græcia apud Argos Achaiæ florentiſſimã urbẽ Spartani regni aui ditate ſeductus:ſaxo ictus interiit. Tunc quoq̃ apud Romanos Sextilia uirgo ueſtalis conuicta : damnataque inceſti ad portam Collinam uiua defoſſa eſt.

Comperta morte Pyrrhi Tarentini noua arma ſolicitant. Cap.3

a Nno ab urbe cõdita.cccc.lxx.vi.Tarentini Pyrrhi morte cõpta iterum noua aduerſus Romanos arma ſolicitant. Carthagineſiũ auxilia poſcũt p legatos.atq̃ accipiũt. Cõſerto prælio uicere Rõani:ubi iã tũc Carthaginẽſes:q̃uis non dũ hoſtes adiudicati: uinci tamen a Romanis ſe poſſe ſenſerunt. Sequenti anno magnã uiſceꝝ ſuoꝝ partẽ ſeueritas Romana concidit.Nã aduentante dudum Pyrrho octaua legio diffidens Romanæ ſpei nouũ ſcelus auxit.Rhegynos omnes: qbus ſubſidio præerat:interfecit.prædam ſibi omnem/atque ipſum oppidum uendicauit . Hoc facinus in tam ſceleratos defectores puniendum Genutio conſuli uiſum ẽ: qui obſeſſa Rhegynoꝝ urbe:captiſque omnibus ipſe quidem in reliquos perfugas/ & latrones exercuit digna ſupplicia . Romanos uero milites integræ legionis Romã miſit:q populi iuſſu medio foro uirgis cæſi:ſecuriq̃ pcuſſi ſunt. Viſum ſibi eſt tunc Roma uincere: cum legionem ſuam integram occidit : quæ ſine dubio uicta fuiſſet:ſi eã hoſtili prælio pdidiſſet.

Obſcœna & dira ꝓdigia uiſa ſunt Romæ. Cap.4

a Nno ab urbe cõdita.cccc.lxx.vii.obſcœna & dira ꝓdigia uel uiſa Romæ: uel nuntiata ſunt. Aedes Salutis ictu fulminis diſſoluta. pars muri ſub eodẽ loco de cœlo:ut dicunt:tacta eſt . Lupi tres ante lucẽ ingreſſi urbem ſemeſum cadauer intulerũt.ſparſumque

membratiz in foro ipſi ſtrepitu hominũ exterriti reliquerũt. Apud Phormias multis ictibus fulminuz moenia ũdique ambuſta & diſſoluta ſunt. Apud agrũ Caloenum repente flamma ſciſſo hiatu terræ eructata tribus diebus & tribus noctibus terribiliter exæſtuãs quique agri iugera exhauſto pẽitus ſucco uberitatis in cinerem extorruit ita: ut non fruges ſolum, ſed & arbores cũ imis ſtirpibus abſumpſiſſe referatur. Sequenti abhinc ãno Sempronius cõſul aduerſus Picentes duxit exercitum. Et cum directe intra iactum teli utraq̃ acies conſtitiſſet: repente ita cum horrendo fragore terra tremuit: ut ſtupore miraculi utrũq̃ pauefactũ agmen hebeſceret. Diu attoniti utrinque populi hæſitauere. Præiudicata inceſti conſcientia tandẽ ꝓcurſu cõcito ĩere certamen. Triſte adeo id bellũ fuit: ut merito dicatur tãtũ ſanguinẽ humanũ ſuſceptura ẽt cum gemitu horriſono tũc terra tremuiſſe. Romani: q̃ pauci admodum eo prælio euaſere: uicerũt.

Inter multa prodigia ſanguis e terra, lac uiſuz ẽ manare de cœlo. Cap. 5

a Nno ab urbe condita. cccc. lxxx. inter prodigia ſanguis e terra. lac uiſum manare de cœlo. Nam & plurimis locis ſcaturiens e fontibus cruor fluxit. & de nubibus guttatim in ſpeciẽ pluuiæ lacte demiſſo diris: ut ipſis uiſuz ẽ: terrã ĩbribus irrigauerũt. Eo tẽpore Carthaginenſes dato aduerſum Romanos auxilio Tarẽtinis: cum a ſenatu per legatos arguerentur: turpiſſimã rupti fœderis labẽ præſumpto accumulauere periurio. Tunc etiã Vulſcinienſes Hetruſcoꝝ floretiſſimi luxuria pene ꝑiere. Nam: cuz licentia in conſuetudinẽ prorogata ſeruos ſuos paſſim liberos facerent: conuiuiis allegarent: couiugiis boneſtarent: libertini in partem poteſtatis recepti plenitudinem per ſcelus uſurpare moliti ſunt. & liberati ſeruitutis iugo ãbitu dominationis arſerunt. & quos dominos ſubditi æquanimiter dilexerũt: eos iam liberi: quos dominos fuiſſe meminerant: execrati ſunt. Itaq̃ cõſpirates in facinus libertini: quorum tanta manus fuit: ut ſine controuerſia auſu potirẽtur: correptam urbem ſuo tantum generi uendicant. patrimonia/coniugiaque dominorum ſibi per ſcelus uſurpant. extorres dominos ꝓcul abigunt: q̃ miſeri/exules/egenteſque Romã deferuntur: ubi oſtentata miſeria: querelaq̃ defleta ꝑ Romanorũ ſeueritatem & uindicati ſunt & reſtituti. Anno ab urbe condita. cccc. lxxx. primo peſtilentia ingens apud Romã cõflagrauit: cuius atrocitatẽ ſignificare contentus ſum: quia uerbis ĩplere non poſſum. Si enĩ ſpatiũ tẽporis: quo manſit inquiritur: ultra biennium uaſtando porrecta eſt. Si depopulatio: quam egerit: cenſus indictus eſt: qui non quantum hominũ depiſſet: ſed quãtũ ſuperfuiſſet inquireret. Si uiolentia: qua id fecerit: ſibyllini libri teſtes ſunt: q̃ eã cœleſti ira impoſitã reſponderunt. Sed ne quẽquã: quaſi tentatio cauillationis offendat: quod cũ ſibylla iratos deos dixerit: nos irã cœleſtẽ dixiſſe uideamur:

audiat & ītelligat: quod hæc: & ſi plerūque p̄ aereas poteſtates fiunt: tamē ſine arbitrio omnipotentis dei omnino non fiunt. Eodem tempore Capparonia uirgo ueſtalis inceſti rea ſuſpendio periit. corruptor eius/conſciique ſerui ſuppli cio afflicti ſunt. Ecce continuatim quæ & quanta numeramus: accidiſſe ānis ſingulis plurima: inter quos certe raro: aut pene nullo nihil triſte geſtum eſt. Et hoc: cū iidē ſcriptores propoſito ſibi magis laudandi negocio cauerent nu/ meroſitates miſeriaꝝ: ne eoſdē: q̄bus hæc: & de q̄bus ſcribebantur: offenderēt. auditoreſque ſuos exemplis præteritoꝝ terrere potius: quā ĩſtruere uiderētur. Porro aūt nos in ultimo tempoꝝ poſiti mala Romanoꝝ ſcire non poſſumus: niſi per eos: qui laudauere Romanos: Ex quo intelligi datur: quāta illa fuerint: quæ ſtudio propter horrorē rep̄ſſa ſunt: cū tanta inueniātur: quæ tenuiter ĩter laudes emanare potuerūt.

Bella Punica ſucceſſerunt. Cap. 6.

E T: quoniam ex hoc iam Punica bella ſuccedūt: res ipſa exigit: ut de Carthagine: quæ ante urbē Romā duos & .lxx. annos ab Eliſa condita inuenitur. deque eius cladibus/ac domeſticis malis: ſicut Pompeius Trogus & Iuſtinus exprimunt: uel pauca referantur. Carthaginenſes uelut uernaculum atque inteſtinuum ſemper inter ſe malum habuere diſcordiam: qua infeliciter exagitāte nulla unquam tempora: uel foris proſpera: uel domi quieta duxerunt. ſed cum ĩter cætera mala etiam peſtilētia laborarēt: homicidiis p̄ remediis uſi ſunt. Quippe homines: ut uictimas ĩmo labant: ætatemq̄ impuberē: quæ etiam boſtium miſericordiam prouocaret: aris admouebant: De quo ſacroꝝ: immo ſacrilegiorum genere q̄d potiſſimuꝫ diſcutiēdū ſit: non ĩuenio. Si enī huiuſmodi ritus aliqui dæmones præcipe auſi ſunt: ut mortibus hoīuꝫ occiſiōe hoīuꝫ ſatiſfieret: ītelligēdū fuit: ſe opariōs/atq̄ adiutores peſtilentiæ cōduci: ut ipſi: quos illa nō corripuiſſet: occiderēt. Sanas enim atque incorruptas offerri boſtias mos ē. ita: ut illi non ſedarent morbos. ſed præuenirēt. Itaque Carthaginenſes aduerſis diis propter iſtiuſmodi ſacra: ſicut Pompeius Trogus & Iuſtinus fatentur: ſicut etiā apud nos conſtat pro/ pter præſumptionem/impietatemq̄ ipſoꝝ irato deo: cū ĩ Sicilia diu infeliciter dimicaſſent: tranſlato in Sardiniam bello iterum infelicius uicti ſunt: propter quod ducem ſuum Mazeum/& paucos: qui ſuperfuerant: milites exulare iuſſe runt. Exules ueniam p̄ legatos petētes repulſi patriā bello & obſidione cixerūt. Ibi tunc Mazeus dux exulum Chartaloneꝫ filium ſuum ſacerdotē Herculis: quod ſibi: uelut inſultans: purpuratus occurrerat: in crucem ſub oculis patriæ: ut erat dignus: cum purpuris/infuliſque ſuſpendit. Poſt paucos autē dies urbē ipſam cepit: qui cū interfectis plurimis ſenatoꝝ cruente dominaretur: occiſus eſt. Hæc tēporibus Cyri Perſaꝝ regis geſta ſunt. Poſt hæc uero Hamilcho

rex Carthaginensium: cum in Sicilia bellum gereret: repente horribili peste exercitum amisit. Nec mora morbis: populo cateruatim cadente. cito quisque correptus: mox mortuus iam nec sepeliebatur: cuius mali nuntius cū attonitā tam repentino luctu Carthaginem repleuisset: nō secus: ac si capta eēt: turbata ciuitas fuit. Omnia ululatibus personabant. clausæ ubique ianuæ. cuncta priuata publicaque officia damnata. uniuersi ad portum currunt. egrediēteſque de nauibus paucos: qui cladi superfuerant de suis percontabantur. Postquam de clade suorum dicentibus illis: uel gementibus miseri intelligunt: tunc toto litore plagentium uoces. tunc infelicium matrum ululatus/& flebiles querelæ audiebantur. Inter hæc exiēs procedit & ipse de naui sua imperator sordida & seruili tunica discinctus: Ad cuius conspectum plangentia iunguntur agmina. Ipse quoque manus ad cœlum tendens nunc suam. nunc publicam infelicitatē accusat. & deflet. Ad postremum uociferans per urbem: tandē ingressus domū cunctos: qui lachimantes prosequebātur: ultimo dimisit alloquio. ac deīde obseratis ianuis: exclusis etiam filiis gladio dolorē uitāque finiuit. Hæc Darii temporibus gesta sunt. Post hæc Hanno uir quidam Carthaginensis: priuatis opibus rei publicæ uires superans: inuadendæ dominationis hausit cupiditatē: Cui rei consilium utile ratus est: ut simulatis unicæ filiæ nuptiis oēs senatores: quorum dignitatem obstituram īceptis suis arbitrabatur: inter pocula ueneno necaret: Quæ res per ministros prodita sine ultiōe uitata est: ne in uiro potēti plus negocii res faceret cognita: quam cogitata. Hoc consilio elusus Hanno alio machinamento facinus aggredi parat. Seruitia concitat: quibus repente incautam urbem opprimeret. Sed cum ante statutam cædibus diē proditū se præuentumque intellexisset: castellum quoddam cū uiginti milibus seruorū armatus occupat. Ibi dum Aphros/regemque Maurorum cōcitat: captus ē. ac primo uirgis cæsus. deīde effossis oculis/& manibus cruribusque fractis: cū a singulis membris pœna exigeretur: in conspectu populi necatus est. Corpus uerberibus laceratum cruci fixū est. filii cognatique omnes supplicio traditi: nequis eum eiusdem familiæ unquā aut imitari: aut ulcisci meditaretur. Hæc temporibus Philippi gesta sunt. Post hæc Carthaginenses cū Tyrum urbem auctorem originis suæ ab Alexandro Magno captam: euersamq̄ didicissent: timentes transitum eius in Aphricam futurum: Hamilcharē quendā cognomento Rhodanum: uirum facundia solertiaque præcipuum ad perscrutādos Alexandri actus direxerunt: qui per Parmenionem quasi transfuga exceptus debinc in militiam regis admissus omnia ciuibus suis per tabellas scriptas: & post cæra superlitas enuntiabat. Hūc mortuo Alexandro Carthaginē reuersum: quasi urbem regi uenditasset: non ingrato tantū animo. uerū etiā crudeli inuidia necauerunt. Deinde cū assidua: nec unquam satis prospera aduersus Siculos bella gererent: & Syracusas urbē Siciliæ tunc florentissimā obsidione

cinxiſſent:per Agathoclem Siciliæ regem miro circũuenti ingenio uſque ad extrema deſperationis adducti ſunt.Nãque Agathocles:cum apud Syracuſas a Carthaginenſibus obſideretur:ac ſe neque bello parẽ inſtructu copiaꝝ:neque obſidionis patientem ſtipendioruꝫ ſufficientia uideret:bene prouiſo:ac melius diſſimulato conſilio in Aphricam cum exercitu tranſiit.Ibi ſuis:qd moliatur: apit.deinde:qd facto opus ſit: docet.Ilico unanimiter naues primũ:in quibus uenere incendunt:nequa ſpes refugiendi foret.Deinde cum omnia:in quæ direxiſſet:proſterneret:uillas/ caſtellaque incenderet: Hannonem quendam cuꝫ .xxx.M.Pœnorum obuium habuit:quem cum duobus .M. ſuorũ interfecit. Ipſe autem duos in eo bello tantum perdidit:Qua pugna et Aphrorũ animis incredibiliter fractis : & ſuorum in ĩmenſum auctis urbes caſtellaq̃ expugnat. prædas ingentes agit.hoſtium multa milia trucidat.caſtra deinde ad quintuꝫ lapidem a Carthagine ſtatuit:ut damna rerum opulẽtiſſimaꝝ/uaſtationẽque agrorum/& incendia uillarum de muris ipſius urbis ſpecularentur . Adiicitur præſentibus malis triſtior fama . Nam & apud Siciliã deletus cũ imperatore Aphrorum exercitus nũtiatur: queꝫ reuera incautum ac pene ocioſuꝫ Andro Agathoclis frater oppreſſerat . Hoc per totam Aphricam rumore diſperſo non tributariæ tantum urbes ab his:uerum etiam ſocii reges deficiebãt: inter quos rex quoque Cyrenarum Aphellas pactus eſt cũ Agathocle cõmunionẽ belli:dum regnum Aphricæ ardenter affectat. Sed poſtquã in unũ exercitus & caſtra iunxerunt:per Agathoclem blandimentis & inſidiis circũuẽtus occiſus eſt. Carthaginenſes contractis undique copiis in bellum exarſere : Quibus Agathocles habens ſecum Aphellæ copias cõgreditur.eoſque magno utriuſque exercitus ſanguine & graui prælio ſuperat.Hoc certaminis diſcrimĩe tãta deſperatio pene illata eſt:ut niſi in exercitu Agathoclis orta ſeditio fuiſſet:trãſfugiturus ad eum Hamilcbar dux Pœnorum cum exercitu fuerit : Ob quã noxam in medio foro iuſſu Carthaginenſium patibulo affixus crudele ſpectaculum ſuis præbuit.Deinde cũ poſt mortẽ Agathoclis Carthaginẽſes Siciliã inſtructa claſſe uaſtarẽt:a Pyrrho rege Epiri ab Italia accerſito:terreſtri naualiq̃ certamĩe ſæpe ſupati nouiſſime ad Romana bella cõuerſi ſunt.Prodolor. legunt ne iſta de ueteribus:qui de recentibus conqueruntur:immo legũt. & ea non æquitate.ſed æmulatione coniiciunt.Maximo enim illo & ĩeffabili:quem nec ipſi diſcernunt:ſtimulo compugnuntur:non propter tẽpora mala:ſed propter tempora chriſtiana.& deriuatio eſt inuidi ulceris:ut quicquid agitur ſub execrabili:atrocius eſſe uideatur:ſicut etiam inter nos ſæpe inimicorum oculis uideri ſolet:eos:quos execrantur:nihil non prauum : nihil non turpe:nihil non obſcoenũ:nihil non uulneroſum dicto factoue agere . & hoc tamẽ ſimpliciter. In tantum enim captum cor obliquat inuidia:ut rectum natura nõ uideat: de quorum numero ſunt iſti. Sed multo miſeriores:quia inimici dei: ac perinde

inimici ueritatis:de quibus flẽtes hæc dicimus:& quos miſericorditer:ſi patiantur:arguimus:ut ſanemus:qui uitioſo oculo hæc uident.atque ideo duplicia illis uidentur:quæ uident:& confuſi caligine nequiciæ in id cadunt:ut minus uidendo plus uideant : cum tamen id:quod eſt: ita ut eſt uidere non poſſint:qui grauiora arbitrantur flagella patris:quam hoſtis incẽdia:qui acerbiorẽ uocãt blandientem/admonentem/& redimentem deum:quaꝫ perſequẽtẽ/ dominãtẽ/ trucidantemque diabolũ:Quanquam:ſi de patre intelligerent:de caſtigatione gauderent.&:ſi præuideretur fructus eruditionis:eſſet diſciplina tolerabilis: ac propter ſpẽ:quæ nunc gentibus data eſt:ante uero non fuerat:leuiora ducerẽt: &ſi grauiora paterentur:quanquam contemptus miſeriarum poſſunt etiam a ſuis diſcere:apud quos ſumma mala pro ſummis bonis exiſtimata ſunt tantũ: ut gloriaꝫ famæ celebrẽ atque illuſtrem conſequerentur:ꝓ quos colligi datur: quanta nobis:quibus æternitas beata promittitur:ſint toleranda pro uita:cum illi tanta potuerint tolerare pro fama.

Quod Romani Siculos & Pœnos uicerunt.& Regulus haud procul a flumine Bragada ſerpentẽ miræ magnitudinis interfecit. Cap.7

a nno ab urbe cõdita.cccc.lxxx.iii.Appio Claudio/& Quito Fabio conſulibus Mamertinis:quoꝫ Meſana nobilis Siciliæ ciuitas erat: auxilia contra Hieronem Syracuſanum regẽ / & Pœnoꝫ copias Hieroni iunctas Appium Claudium conſulem cum exercitu miſere Romani : qui tam celeriter Syracuſanos Pœnoſque ſuperauit: ut ipſe quoque rex rerum magnitudine perterritus ante ſe uictum: quam cõgreſſum fuiſſe prodiderit : qui ex infractis uiribus amiſſaque fiducia cum pacẽ ſupplex rogaret:cc.argenti talentis iuſſu conſulum multatus accepit . Conſules itaque Agrigẽtum Siciliæ ciuitatem adeuntes:ibi præſidia Pœnorum opibus ualloq̃ cinxerunt.Cũque incluſus ea obſidione ſenior Hannibal imperator Pœnoruꝫ ad ſummam egeſtatẽ redactus eſſet: Hanno imperator nouus Carthaginẽſiũ cum equitibus.M.d.&.xxx.peditum milibus.xxx.etiam elephantis ex in,puiſo interceſſit. expugnationẽque ciuitatis pauliſper diſtulit.ſed cõtinuo ciuitas capta ẽ.Pœni maximo bello uicti/& profligati.xi.elephãti in poteſtatẽ redacti. Agrigentini ſub corona omnes uenditi ſunt. Hannibal ſenior facta cuꝫ paucis eruptione diffugit.Gneo Cornelio Aſina & Gaio Duilio conſulibus:cũ Hannibal ſenior oram Italiæ maritimã inſtructa.lxx.nauiũ claſſe uaſtaret:Romãi & ipſi claſſem fabricari atque inſtrui præcipiunt:quod Duilius cõſul celeriter impleuit. Naꝫ intra.lxx.dies:quam arbores cæſæ erant:c.xxx.nauiũ claſſis deducta in ancoris ſtetit.Cornelius Aſina cõſul alter cũ ſedecim nauibus Liparã inſulam petit:ubi ab Hannibale: quaſi ad colloquium pacis euocato : Punica

fraude captus.atq̄ in uinculis necatus ē: Quod ubi Duilius alter cōſul audiuit cum.xxx.nauibus aduerſus Hannibalem profectus eſt.Cōmiſſo nauali prælio Hānibal amiſſa naui:qua uebebatur ſcapha ſubductus aufugit.xxx. naues eius & una captæ.xiii.merſæ.iii.M.hominū occiſa.vii.M.capta referūtur. Poſtea Carthaginenſes Gaio Aquilio Floro/& Lucio Cornelio Scipione conſulibus Ha nnonem in locum Hannibalis ſubrogatū pro Sardis & Corſis defenſandis nauali prælio præfecerunt: qui a Scipione conſule uictus: amiſſo exercitu ipſe confertiſſimis hoſtibus ſe immiſcuit.ibique īterfectus eſt.Eodem āno.iii.M. ſeruorum &.iiii.M.naualium ſociorum in urbis Romæ excidium cōiurarūt. & niſi maturata proditio cōſiliuz præueniſſet:deſtituta præſidio ciuitas ſeruili manu periiſſet.Anno ab hoc proximo Calatinus conſul Camerā Siciliæ urbē petens temere in anguſtias deduxit exercitum: quas Pœnoꝝ copiæ iam dudū præſtruxerant:Cui cum omnino nulla uel obſiſtendi:uel euadēdi facultas ēet: Calpburnii Flāmæ uirtute & ope liberatus eſt: qui lecta. ccc.uiroꝝ manu īſeſ ſum ab hoſtibus tumulū occupauit.& in ſe Pœnos omnes pugnādo cōuertit: donec Romanus exercitus obſeſſas anguſtias hoſte nō urgēte tranſiret. Cæſi ſunt in eo prælio omnes.ccc.ſolus Calpburnius quāuis multis cōfoſſus uulne/ribus:& cadaueribus obtectus euaſit.Hannibal ſenior a Carthaginenſibus iteꝝ claſſi præpoſitus īfeliciter cū Romāis nauali prælio congreſſus. & uictus ē.ab exercitu ſuo ſeditione orta lapidibus coopertus interiit. Attilius cōſul Liparā Melitamque inſulas Siciliæ nobiles peruagatus euertit.Conſules in Aphricaz iuſſi tranſferre bellum cum.cccc.xxx.nauibus Siciliam petierunt:quibus Ha milcbar Pœnorum imperator/& Hanno claſſi præfectus occurrit. Cōſerto nauali prælio Carthaginenſes in fugaz uerſi.lx.iiii.naues perdiderunt.Victores conſules in Aphricaz conuerſi ſunt. primamque omnium Clipeā urbē in dedi tionem receperunt. Inde Carthaginem petentes .ccc. aut eo amplius caſtella populati ſunt. infeſtaque Carthagini ſigna circūtulerunt. Manlius conſul ab Aphrica cū uictrici claſſe decedens.xx.vii.M.captiuorū cū ingentibus ſpoliis Romam reuexit. Regulus bellum Carthaginenſe ſortitus: iter cum exercitu faciens haud procul a flumine Bragada caſtra conſtituit: ubi cum plurimos militum aquandi neceſſitate ad flumen deſcendentes ſerpēs miræ magnitudis deuoraret: Regulus ad expugnandam beſtiam cum exercitu profectus ē. ſed nihil in tergo eius proficientibus iaculis:atque omni telorum ictu irrito: quæ per horrendam ſquamarum cratem: quaſi per obliquam ſcutorū teſtudinem labebantur.mirumque in modum:ne corpus læderent:ab ipſo corpore pellebā tur:cum inſuper magnā multitudinē morſu comminui:impetu ꝓteri:balitu etiam peſtifero exanimari uideret:balliſtas deferri imperauit:per quas ſaxum murale ſpinæ eius īcuſſum compagem totius corporis diſſoluit. Talis ſiquidē eſt natura ſerpentis:ut: cuz pedibus carere uideatur:coſtis tamen & ſquamis:

quas a ſummo gutture uſque ad imā aluum parili modo diſpoſitas habet: ita inſtruatur:ut ſquamis:quaſi unguibus:coſtis:quaſi cruribus initatur. Nō enī: ut uermis:cui ſpinæ rigor non eſt: & i directum corpuſculi ſui partes gradati porrigendo contractas:contrahendo porrectas motū explicat:ſed alternis itē/ ta conatibus latera ſinuoſa circunfert:ut per exteriorē ſpinæ curuaturā rigētē coſtarum aciem tendat:coſtis autem natura ad ſummum rectis ſquamarum ungulas figat: quod uiciſſim & celeriter agendo non ſolū plana perlabitur. ſed etiam conuexa conſcendit:tot ueſtigiis inſtructa:quot coſtis. Huius itaq̄ rei cauſa eſt:ut: ſi ī qualibet corporis parte ab aluo uſque ad caput ictu aliquo col lidatur:debilis reddita curſum habere nō poſſit: quia ubicūq̄ illi ictus iciderit: ſpinam ſoluit:per quam coſtarum pedes/ & motus corporis agebantur: unde etiam hic ſerpens: qui tamdiu tot iaculis inuulnerabilis obſtitit: ad unius ſaxi ictum debilis ceſſit.ac mox circūuentus telis facile oppreſſus eſt.Coriū autē eius Romam deuectum:quod fuiſſe.cxx.pedū ſpatio ferunt:aliquādiu cūctis miraculo fuit.Regulus aduerſus tres imperatores:id eſt Haſdrubales duos/& accitum ex Sicilia Hamilcharem atrociſſimum bellum geſſit: in quo cæſa ſunt Carthaginenſium.x.vii.M.capta autē.v.M.elephanti.x.& .viii.abducti. oppida.lxxx.ii.in deditionē ceſſere Romanis.Carthaginēſes fracti bellis: & cla dibus exīaniti pacem a Regulo popoſcerunt.ſed:cum intolerabiles & duras cō diciones pacis audiſſent: tutius rati ſeſe armatos mori: quam miſeros uiuere: precio non ſolum Hiſpanorum: uel Gallorum auxilia:quæ iam dudū plurima habebant:ſed etiam Græcorum comparanda duxernnt.Itaque Xanthippum Lacedæmoniorum regem cum auxiliis accitum ducē bello præfecerunt.Xā/ thippus inſpectis Pœnorum copiis:atque in campum deductis:longe ī melius mutato apparatu:pugnam cum Romanis inſeruit.Ingens ibi ruina uiriū Ro/ manarum fuit. Nam.xxx.M. Romanorum militum in illa tunc congreſſiōe proſtrata ſunt.Regulus ille dux uir nobilis cum.d.uiris captus eſt.& ī catenas coniectus.x.demum anno Punici belli nobilem triumphum Carthaginēſibus præbuit.Xanthippus tam audacis facti conſcius rerum inſtabiliū mutationē timens ilico ex Aphrica migrauit ī Græciā. Igitur Aemilius Paulus & Ful/ uius Nobilior conſules audita captiuitate Reguli / & clade exercitus Romani tranſire in Aphricam cum claſſe.cc.nauium iuſſi Clipeā petunt. Eo Cartha/ ginenſes cū pari claſſe confeſtim uenerūt. nec differri potuit nauale certamē. .c.iiii.naues Carthaginenſium demerſæ:xxx.cum pugnatoribus captæ. præte rea.xxx.v.M.militum cæſa ſunt.Romanorum autem nouē nauibus dēpbēſis .M.c.periere milites.Conſules autē Clipeæ caſtra poſuerunt. Duo Hānones imperatores Pœnorum eo rurſus cū exercitu magno conuenerunt.prælioque commiſſo.ix.M.militum perdiderunt. Sed & tunc apud Romanos nunquā diuturna felicitas erat.& qualeſcūq̄ ſucceſſus magnis cōtinuo malorꝫ molibus

obruebantur. Cuꝫ itaque Romana claſſis ad Italiã prædis bonuſta remearet: infando naufragio euerſa eſt. Nam ex. ccc. nauibus. cc. xx. perierunt. lxxx. uix abiectis oneribus liberatæ ſunt. Hamilchar dux Pœnorum cum exercitu in Numidiam/ Mauritaniamque miſſus: poſtquam boſtiliter cruenteq̃ ĩ uniuerſos egit: quod Regulũ libenter ſuſcepiſſe dicerentur. M. argenti talentis. &. xx. M. boum reliquos condemnauit. Principes autẽ omnium populoꝝ patibulo ſuffixit. Tertio ãno: ſicut ſemper indomitus furor cito periculoꝝ obliuiſcitur: Seruilius Cæpio/ & Sempronius Bleſus conſules. cc. lx. nauibus in Aphricam tranſgreſſi uniuerſam oram maritimã: quæ circa ſyrtes iacet depopulati ſunt. atque in ſuperiora progreſſi: captis euerſiſque ciuitatibus plurimis ingentẽ prædam ad claſſem deuexerunt. Inde: cum ad Italiam redirent: circa Palinuri promontorium: quod a Lucanis montibus in altũ excurrit: illiſi ſcopulis. c. l. naues onerarias nobilemque prædam crudeliter acquiſitam infeliciter perdiderunt. Vicit aliquando apud Romanos improbiſſimam cupiditatem enormitas miſeriarum. Nam patres: quibus nauticæ rei iam pteſuꝫ erat: decreuere: ne ãplius quam. lx. nauium claſſis ad ſubſidium haberetur Italiæ: quod quidẽ decretum continuo adacti indomita cupiditate ruperunt. Præterea Cotta cõſul ĩ Siciliã trãſgreſſus plurimis præliis aduerſus Pœnos & Siculos terra mariq̃ pugnauit. & per totam Siciliam partim boſtium: partim etiaꝫ ſocioꝝ inhũanas ſtrages reliquit. Lucio Cæcilio Metello/ Gaio Furio Placido conſulibus Haſdrubal nouus Carthaginenſiuꝫ imperator cũ elephantis. c. xxx. iii. & equitũ: peditũque amplius. xx. M. Lilybæum uenit ex Aphrica. & continuo cuꝫ Metello cõſule apud Panormum pugnã conſeruit. ſed Metellus uim magnam belluaꝝ timẽs prius eas magno uſus conſilio uel in fugam: uel in morteꝫ egit. & ſic facile: q̃uis magnam uim boſtium ſuperauit. xx. M. Carthaginenſium in eo prælio cæſa ſunt. elephanti quoque. xx. vi. interfecti. c. iiii. capti: & per Italiã ducti maximũ Italis gentibus ſpectaculum præbuerunt. Haſdrubal cum paucis Lilybæum profugit. atque abſens a Pœnis capite damnatus eſt.

Quod Carthaginenſes deuicti pacẽ a Romanis petierũt. nec ĩpetrauerũt. Cap. 8.

Poſt hæc feſſi tot malis Carthaginenſes pacem eſſe petendam a Romanis decreuerunt: ad quam rem Attilium Regulum antea ducem Romanum: quẽ iã per quinque annos captiuũ detinebãt: inter cæteros legatos præcipue mittendum putauerunt: quẽ non impetrata pace ab Italia reuerſum: reſectis palpebris illigatũ in machina uigilando necauerunt. Alter deinde Attilius Regulus & Manlius Vulſco ãbo bis conſules cum claſſe. cc. nauiũ &. iiii. legionibus Lilybæum profecti ſunt: quod oppidũ in promontorio ſitum Romani obſidere conati: ſupueniẽte Hãnibale:

qui Hamilcharis fuit filius uicti : maiore exercitus ſui parte perdita: ipſi ægre euaſerunt. Poſt hos Claudius conſul cum claſſe .c.xx. nauiū ad Drepani portū contra hoſtem profectus: ibique mox exceptus claſſe Pœnorum ſuperatus ē. Et ipſe quidem cum .xxx. nauibus Lilybæū in caſtra confugit. Reliquæ oēs: hoc eſt .lxxxx: aut captæ: aut demerſæ fuerunt. octo. M. militum cæſa .xx. M. capta referuntur. Caius quoque iunior collega Claudii uniuerſam claſſē nau fragio amiſit. Anno etiam conſequenti claſſis Punica in Italiam tranſiit. eiuſq; plurimas partes lōge lateque uaſtauit. Interea Luctatius cum claſſe .cc. nauiū in Siciliam tranſuectus : dum apud Drepanū ciuitatem pugnā iter primores Siciliæ cieret: tranſfixo femore ægerrime cū iā obrueretur erectus eſt. Porro autem Pœni cum .cccc. nauibus/magniſque copiis ad Siciliam duce Hānone concurrunt. Nec tamen Luctatius ſegnior. immo conſilia Pœnorū celeritate mira præuenit. Poſtquam proximæ ſibi utrorunque claſſes apud Aegades in/ſulas per totam noctem intertextis propemodum ancoris conſtiterunt : orta luce prior Luctatius ſignū bello dedit. Crudeſcente pugna uictus Hāno nauē auertit. & dux fugæ primus fuit. Aliquāta cum eo pars exercitus ſui Aphricā petunt. alii confugere Lilybæum. Sexaginta tres Punicæ naues captæ ſunt. c. .xx. v. demerſæ .xxx. duo milia hominū capta. cæſa. xiiii. M. fuere. Romanorū autē .xii. naues demerſæ ſunt. Luctatius deinde ad Erycinam ciuitatē : quam Pœni tenebāt: uēit. ibiq; duo milia Carthaginēſium cōſerta pugna interfecit.

Carthaginenſes Romā mittūt. & pacē petūt. cōdicionibuſq; ante ꝓpoſitis conſequuntur.

Cap. 9

Vnc Carthaginenſes præcipiti feſtinatione ad Luctatiū cōſulē: ac deinde Romam mittunt. Orant pacem: quam condicioibus ante propoſitis ilico conſeqūtur. Condiciones autem erant: ut Si cilia Sardiniaque decederēt: pro quo impenſis bellicis puri argēti .iii. M. talentorum Euboicorū: æquis penſionibus ꝑ annos .xx. penderent. Huius pacis condicio habita eſt poſt annum tertium & uiceſimum: ex quo bellū Pu nicum primum fuerat ichoatum. Quis rogo duarum ciuitatum unum bellū per annos .xx. iii. geſtum fando explicet? quos reges Carthaginenſium: quot cō ſules Romanorū: quot agmina exercituū : quantū numerū nauiū contraxerit ? profligarit? oppreſſerit? & tum demum ſi illa ad plenum perpenſa uideantur: de praeſentibus iudicet ? Anno ab urbe condita . d. vii. repentina ſubuerſio ipſius Romæ præuenit triumphum Romanorum. Neque enim temere dixerī: q̄do non uel modicam læticiam Romæ ſuperueniens repente quamgrauiſſimus lu ctus oppreſſerit. Siquidem Quinto Luctatio Catulo/Aulo Manlio cōſulibus diuerſæ ignium / aquarumque clades pene abſumpſere urbem . Nam Tyberis inſolitis auctus imbribus: & ultra opinionem: uel diuturnitate: uel magnitudie

redundans omnia Romæ ædificia in plano posita deleuit. Diuersæ qualitates locoꝝ ad unã cõuenere pernicie: quoniã quæ segnior redũdatio tenuit: madefacta dissoluit. & quæ cursus torrentis iuenit: impulsa deiecit. Aquaꝝ grauissimã cladem grauior ignis secuta uastatio est: qui ignis incertum unde surrexerit. plurimas ciuitatis partes peruagatus: cum hominum domorũque miserabilẽ stragem feciſſet: tum etiam tantum opum uno incendio consumpsit: quantuꝫ plurimæ & peregrinæ uictoriæ conferre nõ possent. Debinc cũ omnia in circuitu fori popularetur: ædẽ Vestæ corripuit. Et nec sibi siquidẽ diis subueniẽtibus: ignem illum: qui æternus putabatur: temporarius ignis oppressit. Vnde etiã Metellus dum arsuros deos eripit: uix brachio semiusto ablatus aufugit. Tito Sempronio Graccho / & Gaio Valerio Fulcõe cõsulibus cuꝫ Phaliscis bellauere Romani. eoque prælio. xy. M. Phaliscoꝝ interfecta sunt.

Galli cisalpini noui hostes bellũ Romanis intulerunt.

Cap. 10

Odem anno Galli cisalpini noui extitere hostes: aduersum quos
e uaria sorte bellatum est. Nam in primo conflictu Valerio cõsule .iii. M. d. cecidere Romani. secundo .xiiii. M. Gallorum cæsa. ii. .M. capta sunt. sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est. Tito Manlio Torquato/Gaio Attilio Bubulco cõsulibus Sardinia insula rebellauit: auctoribus Pœnis: unde mox Sardi subacti & oppressi sunt. Carthaginensibus autem uiolatoribus pacis: quã ipsi popoſciſſent: inferri bellũ decretum est. Contra Carthaginenses pacem suppliciter popoſcerunt. & cum bi missis legatis nihil profeciſſent: post etiam. x. principibus bis æque supplicãtibus nec ipetrarẽt: nouissime Hãnonis minimi hominis inter legatos oratiõe meruerunt. Hoc anno porta Iani gemini clausa est: quia nusquam eodẽ anno bellum erat: quod sub Numa solũ Pompilio rege prouenerat. Hic demũ nobis tacẽdum est. & quia tempora quidem conferri nostra nullo modo possunt: silentio trãsmitti expedit: ne obtrectatores dieꝝ uitæ suæ ad ĩsultãdũ potius sibi hoc strepitu suscitemus. Ecce portæ Iani clausæ fuerũt. foris bellũ Romanoꝝ nõ fuit. omnẽ sobolẽ suã in gremio suo cõquieſcẽtẽ Roma cõtinẽs nõ supauit.

Post primũ Punicũ bellũ Roma uno anno post .ccc. annos quieuit.

Cap. 11.

T hoc quando? post primum bellum Punicuꝫ. post q̃tũ tẽporis?
a post ãnos. cccc. lx. quã diu? ãno uno. & quid altero subsecutũ est? ut de cæteris taceam? bellum Gallicum. & Hannibal cum bello Punico secundo. heu mihi cognouisse hæc & denudasse. Quietiã me pudet. pax ista unius anni: uel magis umbra pacis: lenimentum miseriarũ:

an incentiuum maloꝝ fuit? ſtillicidiũ iſtud olei in mediũ magnæ flãmæ cadẽs extinxit fomitem tanti ignis? an aluit? Paruꝫ aquæ frigidæ ardentiſſimis hauſtum in febribus ſanauit egrotum? an potius incendit? per annos prope. dcc: id eſt ab Hoſtilio Tullo uſque ad Cæſarem Auguſtum una tantũmodo æſtate Romana ſanguinem uiſcera non ſudarunt. & inter plurimas magnoꝝ ſæculoꝝ ætates miſera ciuitas. uere miſera mater uix uno tempore a timore luctuũ: ut non dicam ab ipſis luctibus conquieuit. Hoc ſi quiſquam hominum tam paꝝ in uita ſua quietis habuiſſet: nunquid uel uixiſſe diceretur? Aut ſi quiſquam per totum annum doloribus & cruciatibus agatur: medio autẽ anni ipſius ſpatio unum tantum diem tranquillum & ſine conflictationibus tranſigat: nunquid ex eo die leuamentum malorum accipiet? ac non totũ annũ miſeriis deputabit. Sed illi inquit hunc annum pro glorioſo ſigno infatigabilis uirtutis collocauerunt. atque utinam pro obliuione calamitatis continuæ præteriſſent. Nã: ſicut in corpore hominis ita demũ dignoſcitur lepra: ſi uariati iter ſanas cutis partes color diuerſus appareat: at: ſi ita ſe ubique diffundat: ut omnia unius coloris: q̃uis adulteri faciat: perit illa diſcretio: ita ſi labor continuus æquali tolerantia ſine reſpirandi appetitu perfluxiſſet: intentio uoluntatis & electio cõſuetudinis diceretur. Cum autem in hoc pauxillum ocii tantopere uel maiorum gaudia: uel minorum ſtudia reclinantur: profecto diſcernitur: & quam iocunditatem habuerit hæc breuitas: & quam amaritudinem illa prolixtas: hoc eſt. quies illa quam grata fuiſſet: ſi diuturna manſiſſet. & hæc inceſſabilis miſeria quam etiã uitãda fuerit: ſi uitari quacũque potuiſſet. Anno ab urbe cõdita. dc. xl. iiii. Hamilcbar dux Carthaginenſium ab Hiſpanis in bello: cũ aliud bellum aduerſus Romanos clã pararet: occiſus ẽ.

Legati Romanorum ab Illiyriis interfecti ſunt: p q̃bus atrociſſimũ bellũ geſtũ ẽ.

Cap. 12

Equenti anno legati Romanorum ab Illyriis iterfecti ſunt. Poſt cum ipſis Illyriis atrociſſimum bellum geſtum eſt in quo multis oppidis/ populiq̃ deletis: reliqui ſe Fuluio Poſthumioque cõſulibus dediderunt. Tertio deinceps ãno miſerã ciuitatẽ ſacrilegis ſacrificiis male potentes funeſtauere pontifices. Nãq̃ decẽuiri conſuetudineꝫ priſcæ ſuperſtitionis aggreſſi Gallum uirum & Gallam fœminaꝫ cũ muliere ſimul Græca in foro boario uiuos defoderunt. Sed obligamẽtũ hoc magicuꝫ in contrarium cõtinuo uerſum eſt. Nanque diras illas: quas fecerãt externoru mortes fœdiſſimis ſuorum cædibus expiauerunt. Siquidem Lucio Aemilio Catulo/ Gaio Attilio Regulo conſulibus magna formidine conſternatus ſenatus defectione ciſalpinæ Galliæ: cum etiam ex ulteriore Gallia ĩgens aduẽtare exercitus nũtiaretur: maxie Geſſatorũ: quod nomẽ nõ gẽtis: ſed mercenarioꝝ

Gallorum est. Itaque permoti consules totius Italiæ ad præsidium imperii cõ traxere uires. Quo facto in utriusque consulis exercitu .dccc.M. armatorum fuisse referuntur: sicut Fabius historicus: qui eidem bello interfuit: scribit. Ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum. ccc.lx.viii.M. eqtũ uero.xx.vi.M.dc. cætera multitudo sociorũ fuit. Commisso prælio apud Ar retium Attilius consul occisus est. Octingenta milia Romanorũ: nec saltem tãta: quanta eos terrere debuit: cæsa sui parte fugerunt. Nã.iii.M. eorum tũc iterfecta historici tradunt: quod ideo ignominiosius/ turpiusque est: tã paucis amissis: tanta agmina diffugisse: quia se in aliis uictoriis non uiribus animorũ prævaluisse: sed belloru3 prouentibus ꝓdiderunt. Quis. n. rogo ĩ exercitu Ro manorum crederet: numerum istum fuisse saltem? nõ dico fugisse. Post hæc secundum cũ Gallis prælium gestũ ẽ: in quo plane. xl.M. trucidata sunt Gal lorũ. Sequenti ãno Manlius Torquatus/& Fuluius Flaccus cõsules primi trãs Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gal lis: quorum interfecta sunt. xx.iii.M. quinque milia capta. Eo deinde anno: qui huic proximus fuit: dira miseram urbe3 terruere prodigia. Miserã utique: quæ hinc fremitu hostium: inde nequicia dæmonum terrebatur. Nanque in Piceno flumine sanguis effluxit. & apud Thuscos cœlum ardere uisum ẽ. & Arimini nocte multam lucem claram effulsisse: ac tres lunas distãtibus cœli regionibus exortas apparuisse. Tunc quoque magno terræ motu Achaia & Rhodus insulæ adeo concussæ sunt: ut labẽtibus uulgo tectis ingens ille quoq̃ colossus rueret. Eodem anno Flaminius consul contemptis auspiciis: quibus pugnare ꝓhibebatur: aduersum Gallos cõflixit. & uicit. In quo bello octo mi lia Gallorũ cæsa. decem & septem milia capta sunt. Post hoc Claudius con sul Gessatorũ triginta milia deleuit: ubi etiam ipse Viridomarũ regem in pri mã aciem ꝓgressus occidit: & inter multa Insubriũ: quos ad deditõnẽ coege rat oppida: Mediolanũ quoque urbem florentissimã cepit: Deinde Istri noui hostes excitati sunt: quos Cornelius Mimitiusque cõsules multo qdẽ Roma norũ sanguine subegerũt. Emergit hic paululũ antiqus ille Romanor3 ĩprobæ laudis etiã de parricidiis appetitus. Nã Fabius censor Fabiũ Buteonem filiũ suum furti ĩsimulatu3 interfecit: dignũ sc3 facinus: quod pater uel parricidio plectendũ duceret: quod ne leges quidẽ: nisi multa pecuniæ/aut summu3 exilii circa quẽlib& hominu3 censuerunt.

Hãnibal imperator Pœnor3 inimicicias fecit cum Romanis. Cap. 13

a Nno ab urbe cõdita .d.xxx.iiii. Hãnibal Pœnor3 ĩpator Sagũtũ floretissimã Hispaniæ ciuitatẽ: amicã populi Romani: primum bello petitã: deinde obsidione cinctaz: & fame excruciatã: oĩaque

fortiter contemplatione fidei: quam Romanis deuouerant: digna indignaque tolerātē. viii. demū mēse deleuit. Legatos romanoꝝ ad se missos iniuriosissime etiā a conspectu suo abstinuit. Exinde odio Romani nominis: quod patri Hamilchari: cū esset. ix. ānos natus: fidelissime/alias infidelissimus ante aras iurauerat: Publio Cornelio Scipione/& Publio Sempronio Lōgo consulibus Pyreneos montes trāsgressus inter ferocissimas Gallorꝝ gentes ferro uiaꝫ aperuit. & nono demum die a Pyreneo ad alpes peruenit: ubi dum montanos Gallos repelleret ab ascensu: obnitētes bello superat. atque inuias rupes igni ferroque rescindit. quatriduū cōmoratus quīta demum die cū maximo labore ad plana Italiæ ꝑuenit. Fuisse tunc exercitū eius centū miliū peditumꝫ. &. xxx: M. equitū definiunt. Scipio consul Hānibali primus occurrit. cōmissoque prælio apud Ticinum ipse grauiter uulneratus per Scipionē filiū admodū prætextatū: qui post Aphricanus cognoīatus ē: ab ipsa morte liberatus euasit. Cæsus ē ibi pene omis Romanus exercitus. Pugnatū est deinde eodeꝫ cōsule ad flumē Trebiā. iterūque Romani pari clade superati sunt. Sempronius cōsul cognito collegæ casu a Sicilia cū exercitu redit: qui similiter apud eundē fluuiū congressus amisso exercitu pene solus euasit. In eo tamē prælio etiam Hānibal sauciatus ē: qui postea cū in Hetruriā primo uere trāsiret: in summo Apēnino tēpestate correptus biduo cōtinuo immobiliter cū exercitu niuibus concluſus/& bonustus obriguit: ubi magnus hominū numerus /iumenta quāplurima elephāti autem pene omēs frigoris acerbitate perierunt. At uero alter tunc Scipio frater cōsulis Scipionis ī Hispania plurima bella gessit. Magonē quoque Pœnorum ducem bello uicit. & cepit.

Multa ꝑdigia uisa sunt in cœlo. Cap. 14

d Iris tunc etiam Romani ꝑdigiis territi sunt. Nam & solis orbis minui uisus est. & apud Arpos parmæ in cœlo uisæ. sol quoque pugnasse cum luna. apud Capenas intra diem duas lunas ortas. in Sardinia sanguine duo scuta sudauisse. in Phalisc is cœlū scindi: uelut magno hiatu uisum. apud Antiū metentibus cruentas spicas ī corbē decidisse. Igitur Hānibal sciens Flaminiū consulē solum in castris esse: quo celerius imparatū obrueret: primo uere progressus arripuit ꝓpiorem: sed paluſtrē uiam. & tum forte Sarnus late redundans pendulos & dissolutos campos reliquerat: de quibus dictum est. & quæ rigat æquora Sarnus: ī quos cū exercitu Hānibal ꝓgressus nebulis maxime: quæ de palude exhalabant: ꝓspectum auferentibus: magnā partem socioꝝ iumentorūque perdidit. Ipse autē uni elephanto: qui solus superfuerat: superſedens/uix difficultatē itineris euasit. sed oculum: quo dudū iam ægrotauerat/uiolētia frigoris & uigiliarū ac laboris amisit. Vbi uero ꝓximus castris Flaminii consulis fuit: uastatione circūiacentiū locoruꝫ

Flaminium ī bellum excitauit. Hæc pugna ad Thraſumenū lacū facta eſt: ubi exercitus Romanus infeliciſſime arte circūuentus Hannibalis funditus truci datus eſt. Ipſe quoque conſul occiſus .xx.iii.M. Romanorū in eo prælio cæſa. ſex.M. capta referuntur. De exercitu uero Hannibalis duo.M. ceciderunt. Famoſum hoc apud Thraſumenum lacum certamen fuit tanta clade Romana maxime: cum ita intentus pugnantium ardor extiterit: ut grauiſſimum terræ motum: qui tunc forte tam uehemens factus eſt: ut urbes diruiſſe: mōtes trāſtuliſſe: diſcidiſſe rupes: & flumīa retrorſuʒ coegiſſe referatur: pugnātes omnino non ſenſerunt. Factam ad Thraſumenum ruinam ſequitur pugna Cannenſis: q̄uis Fabii Maximi dictatoris tēpus mediū fuerit: q ī petū Hānibalis cuntādo tardauit.

Apud Cannas pugnatum eſt cum Hānibale. & uicti ſunt Romani.

Cap. 15

a Nno ab urbe cōdita. d. xl. Lucius Aemilius Paulus/ & Publius Terentius Varro conſules cōtra Hānibalē miſſi ī patiētia Varronis conſulis infeliciſſime apud Cannas Apuliæ uicum oēs Romanæ ſpei uires pene perierunt. Nam in ea pugna. xl. iiii. M. Romanorū interfecta ſunt: quāquam & de exercitu Hannibalis magna pars cæſa ē. nullo tamē Punico bello Romani adeo ad extrema ī ternicionis adducti ſunt. Periit enim in eo conſul Aemilius Paulus. conſulares autem & prætorii uiri. xx. interfecti ſunt. Senatores uel capti: uel occiſi ſunt. xxx. nobiles uiri. ccc. pedeſtrium militum. xl. M. equitum. iii. M. d. Varro conſul cum. l. equitibus Venuſium fugit. Nec dubium eſt ultimum illum diem Romani ſtatus futurum fuiſſe: ſi Hannibal mox poſt uictoriam ad peruadendam urbem contēdiſſet. Hānibal in teſtimonium uictoriæ ſuæ tres modios anulorum aureorum Carthaginem miſit: quos ex manibus interfectorum equitum Romanorum/ ſenatorumque detraxerat. Vſque adeo autē ultima deſperatio rei publicæ apud reſiduos Romanos fuit: ut ſenatores de relinquenda Italia ſedibuſque quærendis conſilium ineundum putarīt: Quod auctore Cæcilio Metello confirmatum fuiſſet: niſi Cornelius Scipio tribunus tunc militum ideʒ/ qui poſtea Aphricanus fuit diſtricto gladio deterruiſſet. ac potius pro patriæ defenſione in ſua uerba iurare coegiſſet. Romani ad ſpeʒ uitæ: quaſi ab inferis reſpirare auſi dictatorē Deciū Iunium creant: qui delectu habito ab annis decem & ſeptem immaturæ/ inordinatæque militiæ quatuor legiones undecūque contraxit. Tunc etiam ſeruos ſpectati roboris ac uolūtatis uel oblatos: uel: ſi ita opus fuit: publico precio emptos ſub titulo libertatis ſacramento militiæ adegit. Arma: quæ deerāt: tēplis detraxerunt. egēti ærario priuatæ opes refuſæ ſunt. Ita equeſter ordo/ ita plebs trepida: oblita ſtudiorum in commune cōſuluit. Iunius quoque dictator ātiqū Romanæ miſeriæ factū recolens pro ſupplemēto exercitus edicto: uelut aſylo

patefacto homines: quicũque sceleribus ac debitis obnoxii essent: impunitate permissa militiæ mancipauit: quorum numerus ad sex. M. uiroꝝ fuit. Cãpania uero: uel potius omnis Italia ad Hannibalẽ desperata penitus Romani status reparatione defecit. Post hoc Lucius Posthumius prætor aduersum Gallos pugnare missus cũ exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Graccho & Quĩto Fabio Maximo consulibus Claudius Marcellus ex prætore ꝓcõsul designatus Hannibalis exercitum prælio fudit. primusque post tantas rei publicæ ruinas spem fecit: Hannibalem posse superari. Scipiones aũt i Hispania Hasdrubalẽ Pœnorum imperatorem ad Italiam exercitũ comparantem: grauissimo bello oppresserunt. Nam. xxx. v. M. militum de exercitu eius: uel cæde: uel captione minuerunt. Celtiberos milites: cum primum externã manũ Romãi in castris habere cœperunt. precio solicitatos ab hostium societate i castra sua duxerũt. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano quodã ductus in insidias occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellũ aduersum Hannibalem petiit: A quo cum octo. M. militum: quos in aciẽ eduxerat: cæsus est. Post hunc Gneus Fuluius prætor ab Hãnibale uictus amisso exercitu uix euasit. Pudet recordatiõis. Quid enĩ dicã ĩprobitatẽ magis: an miseriã Romanorum? Immo uerius uel improbam miseriam: uel miseram improbitatẽ? Quis credat: eo tempore: quo ærarium populi Romani egenã stipem priuata collatione poscebat. miles i castris non: nisi aut puer: aut seruus: aut sceleratus: aut debitor: & ne sic quidem numerus idoneus erat: senatus in curia oĩs pene nouicius uidebatur. Postremo: cũ ita ĩminutis fractisque oĩbus desperaretur: ut consilium de relinquenda Italia subiretur: eo tempore cũ unũ domesticum bellũ: ut diximus: ferri uix ullo mõ posset: tria ĩsuper transmarina bella qs credat fuisse susceptã? unũ i Macedonia cõtra Philippũ potẽtissimũ Macedoniæ regem: alterum in Hispania contra Hasdrubalẽ Hannibalis fratreꝫ: tertium in Sardinia contra Sardos: extra hoc quartum Hannibalis: quo in Italia premebantur. & tamen fortis in alterutrũ desperatio in meliora profecit. Nam in his omĩbus desperãdo pugnarũt. pugnãdo uicerũt: Ex quo euidẽter ostẽditur: nec tẽpora tũc fuisse trãqlliora ociis: sed homines miseriis fortiores. Anno ab urbe cõdita. d. xl. iii. Claudius Marcellus Syracusas opulẽtissimã urbẽ Siciliæ secũda oppugnatiõe ui cepit: quã cũ iã pridẽ obsedisset: Archimedis Syracusani ciuis admirabili ingenio præditi machinis repulsus expugnare non potuit.

Hannibal usque ad Anienẽ flumẽ deuenit tertio lapide ab urbe Roma.

Cap. 10

d Decimo anno postquam Hannibal in Italiã uenerat Gneo Euluio & Publio Sulpitio consulibus Hannibal de Cãpania mouit exercitum. & cum ingenti clade omniũ per Sidicinũ Sinuessanumque agrũ uia

Latina profectus ad Anienē fluuiū tribus milibus ab urbe cōsedit incredibili totius ciuitatis metu: cū senatu populoq; diuersis curis trepido matrōæ quoq; amētes pauore per propugnacula currerēt: & cōuehere ī muros saxa: primæq; pro muris pugnare gestirent. Ipse autem cuz expeditis equitibus usq; ad porta Collinā infestus accessit. deinde omēs copias in aciem direxit. Sed & consules Fuluius & Publius nō detrectauere pugnā. At: ubi expositæ utriq; acies cōstiterunt: in conspectu Romæ præmium uictoriæ futuræ tantus subito se imber e nubibus grandine mistus effudit: ut turbata agmina: uix armis retentis in sua se castra colligerent. Deinde cum serenitate reddita in campum copiæ/atque in aciem rediissent: rursum uiolentior fusa tempestas maiore metu mortaliuz audaciam coercuit. territosque exercitus in tentoria refugere coegit. Tunc cōuersus in religionē Hannibal dixisse fertur: potiundæ sibi Romæ mō uolūtatē non dari: modo potestatē. Respondeant nunc mihi obtrectatores ueri dei hoc loco: Hannibali a capessenda/ subruendaque Roma utrum Romana restitit fortitudo: an diuina miseratio: an forsitā cōseruati isti dedignātur fateri: quod Hānibal & uictor extimuit: & cedens probauit? At: si istam diuinam tutelam per pluuiam de cœlo uenisse manifestum est: ipsam autem pluuiā opportunis & necessariis temporibus non nisi p christū: qui est uerus deus ministrari: etiā ab huiusmodi hominibus satis certo sciri: nec negari posse existimo. maxie nūc: quando ad documentum potentiæ eius: cum siccitate turbante pluuiā poscere assidue contingit: & alternis uicibus nunc gentiles: nunc christiani rogant: nec unquam etiam ipsis testibus factum est: ut optati imbres superueniant: nisi in die: quo rogari christū & christianis rogare permittitur: proculdubio cōstat: urbem Romā per hunc eundē uerū deuz: qui ē christus Iesus ordinātē secūdū placitū ineffabilis iudicii sui: & tunc affuturæ fidei credulitatē seruataz fuisse: & nunc pro parte sui incredulam castigatā. At uero in Hispania ābo Scipiōes a fratre Hasdrubalis interfecti sunt. In Campania Capua capta est a Quinto Fuluio procōsule. principes autem Campanoꝝ ueneno mortē sibi cōsciuerūt. Senatū oēm Capuæ etiā ꝓhibente senatu Romano Fuluius supplicio necauit. Interfectis in Hispania Scipionibus cū omnibus incusso pauore cuntantibus Scipio se admodum adolescēs ultro obtulisset: & pudēda penuria esset ærarii: Claudio Marcello/ & Valerio Leuino auctoribus: qui tunc consules erāt: auꝝ argētūq; signatū ad q̄stores palā oēs senatores ī publicū contulerūt ita: ut nihil præter āulos singulos bullasque sibi/ac filiis: & deīde filiabus uxoribusq; singulas tantū auri uncias: & argenti non amplius quam singulas libras relinquerent.

Scipio in Hispania impiū ꝓconsulare sortitus ē. Cap. 17

Scipio annos natus .xx:iiii. imperium in Hispania proconsulare sortitus ultionem patris præcipue/ & patrui animo intendēs Pyreneū trāsgressus

primo impetu Carthaginem nouam cepit:ubi ſtipendia maxima/præſidia ua lida/copiæ auri argentique magnæ Pœnorum habebantur.ibi etiã Magonem fratrem Hannibalis captum cum cæteris Romã miſit.Leuinus cõſul ex Ma cedonia rediens Acrigentum urbem Siciliæ expugnauit . ibique Hannonem Aphrorum ducem cepit.xl.ciuitates ĩ deditionem accepit .xx.vi.expugnauit. Hannibal in Italia Gneum Fuluium proconſulẽ/præterea tribunos .xi.&.vi. .M.militum interfecit.Marcellus conſul cum Hannibale triduũ continuum dimicauit.Primo die pari pugna diſceſſum eſt. ſequenti uictus cõſul.terio die uictor octo.M.hoſtium interfecit . ipſumque Hannibalem cuẽ reliqs fugere in caſtra compulit.Fabius conſul Maximus Tarentum:quæ a Romanis de/ ſciuerat:iterum expugnauit. & cepit. Ibique ingentes copias Hannibalis cum ipſo duce eius Carthalone deleuit.xxx.M.hominuẽ captiuoꝝ uendidit. precia in fiſcũ retulit.Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus cõſul ab Hãnibale cum exercitu occiſus eſt.Scipio in Hiſpania Pœnorum ducem Haſdrubalẽ uicit.& caſtris exuit.Præterea.lxxx.ciuitates aut deditione: aut bello ĩ poteſta tẽ redegit.Aphris ſub corona uenditis ſine precio dimiſit Hiſpanos. Hãnibal utrũque conſulẽ Marcellũ & Criſpinũ inſidiis circũuentos interfecit. Claudio Nerone & Marco Liuio Salinatore conſulibus cum Haſdrubal Hannibalis frater ab Hiſpaniis per Gallias ad Italiaẽ ueniret: iuſſuſque a Carthaginẽſibus ut fratri cum copiis iungeretur:magna ſecum auxilia Hiſpanorũ Gallorũque deduceret:cum maturato aduẽtu deſcendiſſe iam ex alpibus cõſulibus ꝓditus fuiſſet:ab exercitu Romano:ignorante Hannibale : præuentus cũ oĩ exercitu ſuo interfectuseſt .Diu quidem incertus belli euentus fuit:elephantis maxime Romanam infeſtantibus aciem : qui a militibus Romanis occiſi ſunt:quos a uolitando uelites uocãt:quod genus militiæ paulo ante fuerat repertũ: ut lecti agilitate iuuenes cum armis ſuis poſt terga equitum ſederent : & mox cum ad hoſtem uentum eſſet:equis deſilirent : & continuo pedites ipſi ex alia parte equitibus:per quos aduecti fuerant:dimicantibus hoſtẽ perturbarent.Ab his ergo uelitibus elephanti retroacti cum regi iã a ſuis non poſſent: fabrili ſcalpro ĩtra aures adacto necabãtur.Id genus occidendæ:cum opus eſſet:belluæ:idem dux Haſdrubal primus inuenerat. Fuit hoc prælio Pœnis Metaurus flumẽ: ubi Haſdrubal ẽ uictus:quaſi Thraſumenus lacus . & Ceſſana Piceni ciuitas: ut uicus ille Cãnenſis:Nam.l.viii.M.de exercitu Haſdrubalis ibi occiſa ſunt. capta ſunt quinque.M.cccc.Quatuor autem.M. ciuium Romanorum ĩter eos reperta atque reuocata ſunt:quod uictoribus conſulibus ſolatio fuit.Nam & ab exercitu eorum.viii.M.ceciderunt.Hannibali caput fratris ſui Haſdru balis ante caſtra proiectũ eſt : Quo uiſo & ſimul clade Pœnoꝝ cognita:anno tertio.x.quam ĩ Italiã uenerat:refugit ĩ Brutios.Poſt hæc anno cõtinuo inter Hannibalem & Romanos quies a tumultu bellorum interceſſiſſe uiſa eſt: qa

inquietudo morborum ī caſtris erat.& grauiſſima peſtilentia utriq̄ exercitus angebantur. Interea Scipio uniuerſa Hiſpania a Pyreneo uſque ad oceanuꝫ in prouinciam redacta: Romam uenit. Conſul cum Licinio Craſſo creatus in Aphricam tranſiit. Hannonem Hamilcharis filiū ducem Pœnoꝝ: iterfecit: exercitumque eius partim cæde. partim captiuitate diſperdit. Nā. xl. M. Pœnorum eo prælio occidit. Sempronius conſul cum Hannibale congreſſus/ & uictus Romā refugit. Scipio in Aphrica aggreſſus hyberna Pœnoꝝ: atq̄ alia Numidaꝝ: quæ utraq̄ haud ꝓcul ab Vtica erant: nocte cōcubia fecit icendi. Pœni trepidi: cum caſu accidiſſe ignem putarent: inermes ad extinguendum cōcurrerūt: quare facile ab armatis ſuperati ſunt: uel oppreſſi. In utriſq̄ caſtris .xl. M. boīnū igni ferroque cōſumpta ſunt. capta. y. M. duces ipī miſerabiliter ambuſti ægre effugerunt. Haſdrubal imperator Carthagineꝫ profugus uēit. Itaque Syphax & Haſdrubal mox plurimum reparauere exercitum. atq̄ iterū cum Scipione congreſſi ſunt. uictique fugerunt. Syphacem fugienteꝫ Lælius & Maſaniſſa ceperūt. Cætera multitudo Cyrtham confugit: quā Maſaniſſa oppugnatam in deditionem recepit. Syphacem ad Scipionem catenis uinctū deduxit: quē Scipio cū igentibus ſpoliis plurimiſque captiuis Romā ꝓducēdū Lælio tradidit.

Hannibal reuerſus eſt: ut feſſis Carthaginenſibus ſubueniret. Cap. 14

b Annibal in Aphricā redire iuſſus: ut feſſis Carthaginenſibus ſubueniret: flens reliquit Italiam: omnibus Italici generis militibus: q̄ ſequi nollent: interfectis: cui cum ad Aphricanum litus ꝓpīquāti iuſſus eſſet quidam de nauticis aſcendere in arborem nauis: atque inde ſpeculari: quam regionē teneret: ſepulchruꝫ dirutū ſe proſpexiſſe reſpōdit. Abominatus dictū Hannibal deflexo curſu ad Leptim oppidum copias expoſuit: ubi continuo refecta multitudine Carthaginem uenit. deide Scipionis colloquium petiit. ibi cum diu ſe attoniti mutua admiratione duo clariſſimi duces ſuſpexiſſent: infecto pacis negocio prælīū conſertū eſt: quod diu magnis ducum artibus diſpoſitum: magnis copiarum molibus geſtū: magnis militum uiribus conſummatum Romanis uictoriam contulit. Octoginta elephāti ibi: uel capti: uel occiſi ſunt. Carthaginēſiū iterfecta ſunt. xx. M. d. Hannibal omīa & ante prælium & ī prælio expertus cum paucis: hoc eſt uix. iiii. equitibus iter tumultum elapſus Andrumetum confugit. poſtea Carthaginem poſt. xxx. & ſex annos: quam inde paruus cū patre exierat: uenit. Conſultantiq̄ ſenatui nullā eſſe ſpem reſiduā: niſi in petenda pace perſuaſit. Gaio Cornelio Lētulo/ Publio Aelio Peto conſulibus Carthaginenſibus pax per Scipionem uolūtate ſenatus populique conceſſa eſt. Naues tamen plus quam. d. in altum productæ ī cōſpectu ciuitatis incenſæ ſunt. Scipio iā tunc cognomento Aphricanus triūphās

urbem ingreſſus eſt: quē Terentius: qui poſtea comicus ex nobiliſſimis Carthaginēſibus captiuis pilleatus: quod ĩdultæ & libertatis ĩſigne fuit: triũphātē poſt currũ ſecutus ē.

Secundũ Punicũ bellũ finitum ē. & Macedonicũ ſucceſſit. Cap. 19

a Nno ab urbe condita. d. xl. vi. bellum Punicũ ſecundum finitum eſt: quod geſtũ eſt ānis. x. vii: cui Macedonicũ cōtinuo ſucceſſit: quod Quitus Flaminius conſul ſortitus poſt multa & grauiſſima prælia: q̃bus Macedones uicti ſunt: pacem Philippo dedit. Deīde cum Lacedæmoniis pugnauit: uicto Nabide duce ipſoꝝ nobiliſſimos obſides Demetrium Philippi filium & Armenen Nabidis filium ante currum duxit. Romani captiui: qui ſub Hannibale per Græciam captiui uenditi fuerāt: uniuerſi recepti capitibus raſis ob deterſam ſeruitutem: currũ triumphātis ſecuti ſunt. Eodē tempore Inſubres/Boii/atque Cenomāni contractis in unũ uiribus: Hamilcbare Pœnorum duce: qui in Italia remanſerat: Cremonā/Placentiāq̃ uaſtantes difficillimo bello a Lucio Fuluio prætore ſuperati ſunt. Poſtea Flaminius proconſul Philippum regem & cuꝫ eo Thracas/Macedonas/Illyrios/multaſque præterea gentes: quæ in auxilium eius uenerant: bello ſubegit. Victi Macedones caſtra amiſerunt. Octo. M. hoſtium eo die cæſa. v. M. capta Polybius ſcribit. Valerius dicit. xl. M. trucidata. Claudius uero. xxx. ii. M. iterfecta commemorat. Sed hæc uarietas ſcriptorum utique fallacia eſt. Fallaciæ autem cauſa profecto adulatio eſt: dum uictoris laudes accumulare: uirtutēq̃ patriæ extollere: uel præſentibus: uel poſteris ſtudent. Alioquin inquiſitus non fuiſſet numerus: nec: qualiſcūque fuiſſet: expreſſus. Quod: ſi glorioſum eſt duci & patriæ plurimos hoſtium peremiſſe: quanto magis lætum patriæ: & duci beatum poteſt uideri: ſuorum uel nullos: uel pauciſſimos perdidiſſe. Ita lucidiſſime patet: quod ſimili impudentia mentiendi: qua occiſorũ hoſtium numerus dicitur: ſociorum quoque amiſſoꝝ damna minuuntur: uel etiā oīno reticētur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hiſpania citeriore bello oppreſſus cũ omni exercitu Romano interfectus ē. Conſul Marcellus in Hetruria a Boiis oppreſſus magnam partem exercitus perdidit: cui poſtea Furius conſul alter auxilio acceſſit. atque ita uniuerſam Boioꝝ gentē igni ferroque uaſtātes propemodũ uſque ad nibilum deleuerunt. Lucio Valerio Flacco/Marco Porcio Catone conſulibus Antiochus rex Syriæ bellum contra populum Romanũ inſtruēs in Europam tranſiit ex Aſia. Tunc etiā Hānibal propter excitādi belli rũores: qui de eo apud Romanos ferebantur: exhiberi Romæ a ſenatu iuſſus: clam ex Aphrica profectus ad Antiochũ migrauit: quē cum apud Epheſuꝫ iueniſſet: mox cuntantem in bellũ impulit. Tũc etiaꝫ lex: quæ ab Oppio tribuno plebis lata fuerat: nequa mulier plus quā ſemunciam auri haberet: neue uerſicolori

ueſtimento:nec uehiculo per urbē uteretur:poſt.xx.annos abrogata ē.Publio Scipione Aphricano iterum/& Tito Sempronio Lōgo conſulibus apud Mediolanum .x.M.Gallorum cæſa.ſequēti aūt prælio.xi.M.Gallorū: Romanorū uero:v.M.occiſa ſunt. Publius Digitius prætor ī Hiſpania citeriore pene oēz amiſit exercitum. Marcus Fuluius prætor Celtiberos cum proximis gētibus uicit.regemque eorū cepit.Minutius a Liguribus in extremū piculi adductus & inſidiis hoſtium circūuentus uix Numidarum equitū induſtria liberatus ē. Scipio Aphricanus inter cæteros legatus ad Antiochum miſſus etiam cum Hannibale colloquium familiare habuit.ſed infecto pacis negocio ab Antiocho diſceſſit.In utraque Hiſpania per Flaminiuz/ Fuluiumque prætores bella multum horrida cruentaque utriuſque populi geſta ſunt.Porro Publio Cornelio Scipione/ & Marco Acilio Glabrione conſulibus Antiochus quanuis thermopylas occupaſſet : quaꝝ munimine tutior propter dubios belli euētus fieret:tamen commiſſo bello a cōſule Glabrione ſuperatus uix cū paucis fugit e prælio.Epheſumque peruenit. Is habuiſſe fertur armatorū .lx.M: ex quibus .xl.M.cæſa: capta autem plus quā.v.M.referuntur fuiſſe.Alter cōſul Scipio cum Boiorum gente conflixit:in quo prælio.xx.M.hoſtiū interfecit. Seqnti anno Scipio Aphricanus habens in auxilio Eumenen Attali filium aduerſus Hannibalē:qui tunc Antiochi claſſi præerat:bellum nauale geſſit.Antiochus uicto Hannibale:& ī fugā acto: ſimulque omni exercitu amiſſo pacē rogauit. filiumque Aphricani: quem utrū exploranter: an ī prælio cepiſſet :incertuz ē: ultro remiſit. In Hiſpania ulteriore Lucius Aemilius procōſul a Luſitanis cū uniuerſo exercitu cæſus interiit.Lucius Bebius in Hiſpaniā proficiſcens a Liguribus circūuentus cum uniuerſo exercitu occiſus eſt:unde ne nuntiū quidez ſupfuiſſe conſtat:ut īternicionē ipſaz Romæ Maſſilienſes nūtiare curauerit. Cōſul Fuluius de Græcia in Gallogræciam : quæ nūc eſt Galatia trāſuectus ad Olympū montem peruenit: ad quem uniuerſi Gallogræci cum cōiugibus & liberis confugerant.ibique acerbiſſimum bellū geſſit.Nanque de ſupioribus locis ſagittis & ſaxis grandibus cæteriſque telis Romani grauiter cōtriti tandē uſque ad congreſſum hoſtium proruperunt.xl.M.Gallogrecorum eo prælio interfecta referuntur.Martius conſul aduerſus Ligures ꝓfectus:ſuperatuſque .iiii.M.militū amiſit.& niſi uictus refugiſſet celeriter ī caſtra:ꝑeādē īterniciōis cladem:quā Bebius dudum ab eiſdem hoſtibus acceperat:pertuliſſet. Marco Claudio Marcello/ Quinto Fabio Labeone conſulibus Philippus rex:q legatos populi Romani iterfecerat:propter Demetrii filii ſui: quē legatū miſerat: uerecundiſſimas preces:ueniā meruit.Eundemque continuo:uelut Romanis amicū:ſuique proditorē:fratre quoque ipſius ad parricidium fratris miniſtro: nihil de utroque miſerum mali ſuſpicantē: ueneno necauit.Eodez āno Scipio Aphricanus ab ingrata ſibi urbe diu exulans apud Liternium oppidū morbo

periit. Iisdem etiam diebus Hãnibal apud Prusiam Bithyniæ regem: cum a Romanis reposceretur: ueneno sese necauit. Philopomenes dux Achiuorum a Mesaniis captus occisus est in Sicilia. Tunc Vulcani insula: quæ ante nõ fuerat: repente mari edita cum miraculo omnium usque ad nunc manet. Quintus Fuluius Flaccus prætor in citeriore Hispania maxio prælio uiginti tria milia hominum fudit: quatuor milia cepit. Tiberius Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore .c.l. oppida uacuata/quassataque bellis ad deditionem coegit. Eadem tempestate etiam Lucius Posthumius in citeriore Hispania .xl.M. hostium bello interfecit. Gracchus prætor ibidẽ iterꝝ .cc. oppida expugnauit. & cepit. Lepido & Mutio consulibus Basternarum gens ferocissima auctore Persa Philippi filio: prædarũ spe solicitato: & trãseundi Istri flumis facultate: sine ulla pugna: uel aliquo hoste deleta est. Nam tunc forte Danubius: qui & Ister crassa glatie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur. Itaque cum improuide toto & maximo simul agmine iaestimabilis boiuꝫ: uel equoꝝ multitudo transiret: enormitate ponderis/& concussione gradiẽtiũ cõcrepans gelu/& glatialis crusta dissiluit. uniuersumque agmẽ: quod diu sustinuerat medii gurgitibus uicta tandẽ & cõminuta destituit. atque eadẽ rursus fragmẽtis impedientibus superducta submersit. Pauci ex omni populo per utrãq; ripam uix cõcisis euasere uisceribus. Publio Lycinio Crasso/ & Gaio Cassio Lõgino consulibus Macedonicũ bellum gestum est: merito iter maxia bella referẽdũ: Nam in auxilio Romanorum tota primũ Italia/deinde Ptolemæus rex Aegypti/& Ariarates Cappadociæ/Eumenes Asiæ/& Masanissa Numidiæ fuerũt. Persen & Macedonas secuti sunt Thraces cum rege Cothe. & uniuersi cum rege Genitio Illyrii. Itaque aduenienti Crasso consuli Perses occurrit. cõmisso que prælio miserabiliter uicti fugere Romani. Sequenti pugna pene pari clade partis utriusque in hyberna discessum est. Deinde Perses profligato multis præliis exercitu Romano in Illyrium transgressus Sulcanũ oppidũ defensum præsidiis Romanis pugnando cepit: ubi magnam Romanorũ præsidioꝝ multitudinem partim occidit. partiꝫ sub corona uendidit. partĩ secũ i Macedoniã duxit. Postea cum eo Lucius Aemilius Paulus consul dimicauit. & uicit. Nã .xx.M. peditum in eo prælio interfecit. Rex cum equitatu subterfugit. sed cõtinuo captus: atque in triumpho cuꝫ filiis ante currum actus post apud Albã i custodia defecit. Filius eius iunior fabricam ærariam/ob toleranda inopiam Romæ didicit. ibique consumptus est. Plurima præterea/& satis diuersis prouẽtibus bella multaꝝ ubiq; gẽtiũ gesta sunt: quæ breuitatis causa prætermisi.

Bella in Hispania gesta. Cap. 20.

Nno ab urbe cõdita. dc. Lucio Lycinio Lucullo/ & Aulo Posthumio Albino consulibus: cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus

inuasisset:& ex omnibus non esset:qui ire in Hispaniã uel miles:uel legatus auderet:Publius Scipio:qui postea Aphricanus est dictus:ultro sese militaturuꝫ in Hispaniam obtulit: cum tamen in Macedoniã sorte iã deputatus eẽt. Itaq̃ profectus in Hispaniam magnas strages gentium dedit:sæpius etiã tã militis: quam ducis usus officio. Nam & barbarum prouocantem singulariter cõgressus occidit. Sergius autem Galba prætor a Lusitanis magno prælio uictus ẽ. uniuersoque exercitu amisso ipse cum paucis uix elapsus euasit. Eodẽ tempore censores theatrum lapideum in urbe construi censuerunt: quod ne tũc fieret: Scipio Nasica grauissima oratione obstitit: dicens inimicissimũ hoc fore bel latori populo: ad nutriendam desidiam/lasciuiamque commentum. Adeoque mouit senatum:ut non solum uendi omnia theatro comparata iusserit:ꝫ etiaꝫ subselia ludis poni prohibuerit. Quam ob rẽ intelligãt nostri:quibus quicquid extra oblectamentuꝫ libidinis occurrit:offensio est propter hoc:quod se infirmiores eẽ hostibus suis ipsi sentiunt. & fateãtur theatra accusanda nõ tẽpora. nec blasphemandum deum uerum solum:qui usque nunc ea prohibet: sed abominandos deos:uel dæmones suos:qui ista petiuerunt:profundo siquidẽ satis malignitatis suæ argumento tale sacrificium flagitantes: quo non magis fuso cruore pecudum:quam profligata uirtute hominum pascerentur. Nã utique tunc nec hostes/nec fames/nec morbi/nec prodigia deerant. immo tũc pluria erant. sed theatra non erant:in quibus:quod incredibile dictu ẽ:ad arã luxuriæ uirtutum uictimæ trucidantur. Carthaginensibus aliquando uisum ẽ/homies imolare. sed male præsumpta persuasio breui prætermissa est. A Romãis uero exactum est:ut semet ipsos perditioni impenderent. Factum esse sic fatentur. & clamant:ut fiat:qui pro mactanda gregis sui pecude fortasse offenderẽtur: & pro interficienda cordis sui uirtute lætãtur. Quin potius Nasicæ erubescãt: qui christianis exprobrandum putant. & nõ nobis de hostibus:quos semp habuerunt. sed illi de theatro: quod haberi prohibuerat: conquerantur. Igitur in Hispania Sergius Galba prætor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes cum uoluntarios in deditionem recepisset:per scelus interfecit. Simulans eniꝫ de cõmodis eorum se acturũ fore:a circumpositis militibus cunctos inermes/ incautosque prostrauit: quæ res postea uniuersæ Hispaniæ propter Romanorum perfidiam causa maximi tumultus fuit.

Iterum bellum terribile ortum est in Hispania. Cap. 21

a Nno ab urbe condita. dc. ii. Lucio Censorino & Marco Manlio consulibus tertium Punicum bellum exortum est. Igitur cum senatus delendam Carthaginem censuisset: profecti in Aphricaꝫ consules & Scipio tũc tribunus militum prope Vticam maioris

Aphricani castra tenuerunt. Ibi Carthaginensibus euocatis/iussisque: ut arma & naues traderent: nec moratis tanta uis armatorꝝ repente tradita est: ut facile tota ex his Aphrica potuisset armari. Sed Carthaginenses: postquã arma tradiderunt: & relicta urbe secedere procul a mari. x. M. passuũ iussi sunt: dolorẽ ad desperationem contulerunt: aut defensuri ciuitatem: aut cum ipsa ꝑ ipsam sepeliẽdi. ducesque sibi duos creauerunt Hadrubales. armaque primum facere aggressi æris ferrique inopiam auri & argenti metallis suppleuerũt. consules oppugnare Carthaginem statuunt: cuius situs huiusmodi fuisse dicitur. Viginti duo milia passuũ muro amplexa tota mari pene cingebatur absque faucibus: quæ .iii. M. passuum aperiebãtur. Is locus murum. xxx. pedes latũ habuit saxo quadrato in altitudiẽ cubitorꝝ. xl. Arx: cui Byrsæ nomen erat: paulo ãplius quã .ii. M. passuũ tenebat. Ex una parte murus cõmunis erat urbis/& Byrsæ: imminens mari: quod mari stagnum uocabant: quoniam obiectu protentæ linguæ tranquillatur. Consules igitur quanuis aliquantã muri partem quassatã machinis diruissent: tamẽ a Carthaginensibus uicti/ac repulsi sunt: quos fugiẽtes Scipio repulso intra muros hoste defendit. Censorinus in urbem rediit. Manlius omissa Carthagine ad Hasdrubalẽ arma cõuertit. Scipio Masanissa mortuo inter Masanissæ filios tres Numidiæ regnum diuisit: quo circa Carthaginem reuerso Manlius Tezagam urbem expugnauit. atque diripuit. Duodecim. M. ibi Aphrorꝝ cæsa: sex. M. capta sunt. Hasdrubal Pœnorum imperator Masanissæ nepos subseliorum fragmentis in curia a suis propter suspicionẽ ꝑditiõis occisus ẽ. Iuuencius prætor ĩ Macedonia aduersus Pseudophilippũ cõgressus cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus est.

Tertium bellum Punicum actum est.

a Anno ab urbe condita. dc. vi: id est anno. l. post bellum Punicum secundum Gneo Cornelio/& Lentulo Lucio Mũmio cõsulibus Publius Scipio superioris anni cõsul delere Carthaginẽ suprema/sorte molitus Cothonem ingreditur: ubi duꝝ sex continuis diebus ac noctibus pugnatur: ultima Carthaginẽses desperatio traxit ad deditionem: petentes: ut quos belli clades reliquos fecit: saltem seruire liceat. Primũ agmẽ mulierum satis miserabile. post uirorum magis deforme descendit. Nã fuisse mulierum. xx. v. M. uirorum. xxx. M. memoriæ traditum est. Rex Hasdrubal se ultro dedit. Transfugæ: qui Aesculapii templum occupauerant: uoluntario præcipitio dati igne consumpti sunt. Vxor Hasdrubalis se/duosque filios secũ uirili dolore/& furore fœmineo in medium iecit incẽdium: eundẽ nũc mortis exitum faciens nouissima regina Carthaginis: quem quondam prima fecisset. Ipsa autem ciuitas. x. &. vii. diebus continuis arsit. miserumque spectaculũ de

uarietate cõdicionis humanæ uictoribus ſuis præbuit. Diruta ẽ aũt Carthago omni mirabili lapide in puluerem comminuto. dcc. poſt ãno: quo cõdita erat. Multitudo omnis captiuorum: exceptis paucis principibus uenundata ẽ. Ita .iiii. poſtquam cœptum fuit anno: bellum Punicum tertium terminatuꝫ eſt. Sed mihi quãlibet ſtudioſe quærẽti: uerũtamẽ homini tardioris ingenii nuſq̃ omnino cauſa belli Punici tertii: quam intantũ Carthago accenderit: ut iuſte euerti decerneretur: eluxit. Illudque me uel maxime mouet: quod ſi ita: ut in ſuperioribus bellis euidens in aſſurgentẽ cauſa & dolor accendebat: cõſultatiõe non opus erat. At uero cum alii Romanoꝝ propter perpetuã Romæ ſecuritatem delendam eſſe decernerẽt: alii uero propter perpetuaꝫ Romanæ uirtutis curam: quã ſibi ſemper ex ſuſpicione æmulæ urbis impenderent: ne uigor Romanus bellis ſemp exercitus ĩ languidam ſegniciẽ ſecuritate atq̃ ocio ſolueret: incolumẽꝫ Carthaginem ſtatui ſuo permittendam eſſe cenſerent: cauſam non ex iniuria laceſſentiũ Carthaginenſiũ: ſed ex incõſtatia torpeſcẽtiũ Romanorũ ortam inuenio: Quod cum ita ſit: cur chriſtianis tẽporibus ĩputãt hebetationem/ac rubiginem ſuam: qua foris craſſi: ĩtus exeſi ſunt: qui porro ante. dc. fere annos: ſicut ſui timentes prudenteſque prædixerãt: cotem illam ſplendoris & acuminis ſui Carthaginem perdiderunt? Itaque finẽ uolumini faciã: ne forſitã collidendo uehementius diſcuſſa ad tempus rubigine: ubi neceſſarium acumẽ elicere non poſſum: ſuperuacuam aſperitatem inueniam: quanquam obuiantẽ aſperitatem nequaquam expaueſcerem: ſi interioris ſpem acuminis inuenirem.

PAVLI OROSII IN QVINTVM HISTORIARVM LIBRVM PRAEFATIO.

CIO aliquantos poſt hæc deinceps permoueri poſſe: quod uictoriæ Romanæ multarum gẽtiũ & ciuitatuꝫ ſtrage crebreſcunt: quanquã: ſi diligenter appendãt: plus damni inuenient accidiſſe: quam commodi. Neq̃ enim parui pẽdenda ſunt tot bella ſeruilia/ſocialia/ciuilia/fugitiuorum: nullorum utique fructuum/& magnarum tamen miſeriarum. Sed cõniueo: ut quẽadmodũ uolũt: ita fuiſſe uideatur: unde arbitror eſſe dicturos. Ecquid his tẽporibus beatius: quibus cõtinui triumphi/celebres uictoriæ/diuites prædæ/nobiles põpæ/magni ante currus reges/& longo ordine uictæ gentes agebantur? quibus breuiter reſpondebitur. & ipſos de temporibus ſolere cauſari: & nos pro eiſdem tẽporibus inſtituiſſe ſermonem: quæ tempora non uni tantum urbi attributa. ſed orbi

uniuerſo cõſtat eſſe communia. Ecce quam feliciter Roma uincit: tã infeli/
citer:quicquid extra Romam eſt uincitur. Quanti igitur pendenda eſt gutta
bæc laborioſe felicitatis:cui aſcribitur unius urbis beatitudo in tanta mole in
felicitatis:per quam agitur totius orbis euerſio? Aut ſi ideo felicia putãtur: qa
unius ciuitatis opes auctæ ſunt.cur non potius infeliciſſima iudicentur : qbus
miſerabili uaſtatione multarum ac bene inſtitutarum gentium potentiſſima
regna ceciderunt? An forte aliud tunc Carthagini uidebatur: cum poſt annos
.c.xx: quibus modo bellorum clades : modo pacis condiciones perhorreſcens
nunc rebelli intentione:nunc ſuppliciter bellis pacẽ: nunc pace mutabat bella?
nouiſſimeque miſeris ciuibus paſſim ſe in ignẽ ultima deſperatione iaciẽtibus
unus rogus tota ciuitas fuit:cui etiã nunc ſitu paruæ/mœnibus deſtitutæ pars
miſeriarum eſt audire:quid fuerit. Edat Hiſpania ſententiam ſuam : cum per
ãnos.cc.ubique agros ſuos ſanguine ſuo rigabat . importunumque hoſtẽ ultro
hoſtiatim inquietantem nec repellere poterat.nec ſuſtinere:cum ſe quique di/
uerſis urbibus/ac locis fracti cæde bellorum:obſidionum fame exinaniti:inter
fectis coniugibus : ac liberis ſuis ob remedia miſeriarum concurſu miſero ac
mutua cæde iugulabant. Quid tũc de ſuis temporibus ſentiebat:ipa poſtremo
dicat Italia:cur per annos.cccc.Romanis utique ſuis contradixit.obſtitit.re/
pugnauit:ſi eorum felicitas ſua infelicitas non erat : Romanoſque fieri rerum
dominos bonis communibus non obſtabat. Non requiro de innũeris diuerſarũ
gentium populis diu antea liberis/tunc bello uictis:patria abductis: precio uen
ditis:ſeruitute diſperſis:quid tunc ſibi maluerit:quid de Romanis opinati ſint:
quid de temporibus iudicarint. Omitto de regibus magnarum opũ / magnarũ
uirium/magnæ gloriæ:diu potentiſſimis:aliquando captis:ſeruiliter catenatis :
ſub iugum miſſis:ante currũ actis:in carcere trucidatis : quorum tam ſtultus
eſt exquirere ſententiam:quam dur non dolere miſeriã. Nos/nos inquã ipſos
uitæque noſtræ electionem:cui acquiemus:conſolamur. Maiores noſtri bella
geſſerunt.bellis fatigati pacem petentes tributa obtulerunt. Tributum preciũ
pacis eſt. Nos tributa pendimus:ne bella patiamur.ac per boc ĩ portũ:ad quẽ
illi tandem pro euadẽdis malorum tẽpeſtatibus confugerunt.nos cõſiſtimus.
& manemus. Igitur noſtra tempora uiderimus:utrum felicia . certe feliciora
illis ducimus:quam:quod illi ultimo delegerunt:nos continue poſſidemus. In/
quietudo enim bellorum:qua illi attriti ſunt:nobis ignota eſt.in ocio aũt:quod
illi poſt imperium Cæſaris/natiuitatemque chriſti tenuiter guſtauerunt: nos
naſcimur.& ſeneſcimus. Quod illis erat debita penſio ſeruitutis : nobis ẽ libera
collatio defenſionis. Tantumque intereſt ĩter præterita præſentiaque tẽpora:
ut:quod Roma in uſum luxuriæ ſuæ ferro exrorquebat a noſtris:nunc in uſus
cõmunis rei publicæ conferat ipſa nobiſcũ. Aut:ſi ab aliquo dicitur: tolerabili
ores parentibus noſtris Romanos hoſtes fuiſſe:quam nobis Gotos eẽ audiat

& intelligat:quanto aliter:quam circa se ipsum agitur:sibi esse uideatur. Olim cum bella toto orbe feruebāt:quæque prouincia suis regibus/suis legibus/ suisq̄ moribus utebatur.nec erat societas affectionum: ubi dissidebat diuersitas po/ testatum. Postremo solutas/& barbaras gētes quis tandem ad societatē addu ceret: quas diuersis sacrorum ritibus institutas etiaꝫ religio separabat? Siquis igitur tunc acerbitate malorum uictus patriam cum hoste deseruit:quē tadē ignotum locum ignotus adiit?quam gentem generaliter hostē hostis orauit? cui se congressu primo credidit / non societate nominis iuitatus:nō cōmuniōe iuris adductus:nō religionis unitate securus? An parū exempli dederūt Busiris in Aegypto peregrinorum infeliciter incurrentium impiissimus immolator? crudelissimaque circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura.sed magis crudelia sa cra Thraciæ cuꝫ Polynestore suo usque ad propiquos hospites scelerata.&:ne ātiquitatibus uidear immorari:testis est Roma de Pompeio interfecto.testis est Aegyptus de interfecto Ptolemæo. Mihi autem prima qualescūq̄ motus perturbatione fugienti:de cōfugiēdi statione securo ubique patria: ubique lex & religio mea est.nunc me Aphrica tam libenter excepit: quam confidenter accessi. Nunc me inquam ista Aphrica pace simplici excepit sinu ꝓprio/iure communi:de qua aliquando dictum. & uere dictum est. hospitio ꝓhibemur barenæ.bella cient.primaque uetāt consistere terra.Nunc ultro ad suscipiēdos socios religionis & pacis suæ beniuolū late gremiū pādit:atq̄ ultro fessos: quos foueat:inuitat.

Per fidē christianā ubique securꝫ eē peregrinū. Cap. 1.

1 Atitudo orientis/septentrionis copiositas/meridiana diffusio/ma/ gnarum īsularum largissime tutissimæque sedes mei iuris/& nois sunt: quia ad christianos & Romanos Romanus & christianus accedo.Non timeo deos hospitis mei.non timeo religionem eius nece mea.non habeo talem:quem pertimescam locum:ubi & possessori liceat perpetrare:quod uelit:& peregrino non liceat adhibere:quod conuenit: ubi sit ius hospitis:quod meum non sit. Vnus deus:qui temporibus: qbus ipse innote scere uoluit: hāc regni statuit unitatē:ab oībus & diligitur & timetur. Eædem leges:quæ uni deo subiectæ sunt:ubique dominātur.ubicūq̄ ignotus accessero: repentinā uim:tanquam destitutus non pertimesco. Inter Romanos: ut dixi: Romanus:inter christianos christianus:iter homines homo legibus imploro rem publicam:religione conscientiam:communione naturā.utor tēporarie oī terra: q̄si patria:qa:quæ uera est.& illa: quā amo:patria:ī terra penitus nō est. Nihil perdidi:ubi nihil amaui.totumque habeo:quod do. Quem diligo:mecū est.maxime:quia & apud omnes idem est: qui me non modo notū omnibus: uerum & proximum facit:nec egentem deserit:quia ipsius ē terra & plenitudo

eius:ex qua omnibus omnia iussit esse cõmunia. Hæc sunt nostrorꝫ temporuꝫ bona:quæ in totum uel in tranquillitate præsentium:uel in spe futurorum: uel in perfugio cõmuni non habuere maiores.ac per hoc iceſſabilia bella gesserũt: quia mutandarum sedium cõmunione non libera persistendo i sedibus suis aut infeliciter necati sunt:aut turpiter seruierũt. Quod clarius promptiusque ipsis ueterum gestis per ordinem explicatis aperietur. Anno ab urbe cõdita secẽtesimo sexto: hoc est eodem anno : quo & Carthago deleta est:Gneo Cornelio Lentulo/ & Lucio Mũmio consulibus ruinam Carthaginis euersio Corinthi subsecuta est:quarum potentissimarum urbium paruo unius tẽporis iteruallo per diuersas mundi partes miserabile colluxit incendium . Nam : cũ Metellus prætor Acheos / Boetiosque duobus bellis : hoc ẽ primo apud thermopylas: iterum i Phoceis deuicisset : quorum priore bello occisa esse .xx.M. secundo .vii.M.cæsa Claudius historicus refert: Valerius Antias in Achaia pugnatũ esse.&.xx.M. Acheorum cum duce suo Dieuo cecidisse confirmat. Polybius uero Achiuus quanuis tunc in Aphrica cũ Scipione fuerit:tamen:qa domesticam cladem ignorare non potuit:semel in Achaia pugnatuꝫ Critolao duce asserit. Dieuum uero adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet. Sed de uarietate discordãtiũ historicorꝫ aliquanta iam diximus:quoruꝫ sufficiat detecta hæc/& male nota mẽdaciorũ nota.quare parum credendum esse in cæteris euidenter ostendunt : qui in his quoque/quæ ipsi uiderunt:diuersi sunt. Igitur post extincta totius Achaiæ præsidia:destitutarum urbiũ euersionem Metello prætore meditante consul Mũmius repentinus cũ paucis uenit in castra:qui dimisso statiꝫ Metello Corinthũ sine mora expugnauit:urbem toto tunc orbe longe omnium opulentissimam: quippe quæ uelut officina omnium artificum/ atque artificiorum/& emporium commune Asiæ / atque Europæ per multa retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiã captiuis prædandi licentia sic omnia cædibus ignibusq; cõpleta sunt:ut de murorum ambitu: quasi e camino i unum apicẽ coartatũ exũdaret incendium. Itaque plurima parte populi ferro flammisque consumpta reliqua sub corona uendita est. Vrbe incensa muri funditus diruti sunt. Muralis lapis in puluerem redactus.præda ingens erepta est. Sane cuꝫ propter multitudinẽ/ & uarietatem statuarum/simulachrorumque in illo ciuitatis incendio pmista in unum auri/argenti/atque æris omnia simul metalla fluxissent:nouum genus metalli factum est. Vnde usque in hodiernum diẽ siue ex ipso:siue ex imitatiõe eius æs Corinthium: sicut memoriæ traditum ẽ:& Corinthia uasa dicuntur.

Iterum bella grauia surrexisse in Hispania. Cap. 2

Isdem consulibus Viriatus in Hispania genere Lusitanus : hõ pasto
i ralis/& latro primum infestando uias: deinde uastando prouincias:
postremo exercitus prætorum/& consulum Romanoruꝫ uincendo/

fugando/subiiciendo maximo terrori Romanis omnibus fuit. Siquidē Iberū/ & Tagum maxima/& diuersorum locorum flumina late transgrediēti & per/ uaganti Gaius Vecilius prætor occurrit: continuo cæso usque ad iternicionē pene omni exercitu suo uix ipse prætor cum paucis fuga lapsus euasit. Deinde Gaium Plautium prætorem idem Viriatus præliis multis fractum fugauit. Post etiam Claudius Vnimāmus cum magno apparatu belli instructi cōtra Viriatū missus: quasi pro abolenda superiore macula: turpiorē auxit ipse īfami am. Nā congressus cū Viriato uniuersas: quas secū deduxerat copias/ maxīasq̄ uires Romani exercitus amisit. Viriatus trabeas / fasces / cæteraque insignia Romana in montibus suis trophæa præfixit. Eodem tempore .ccc. Lusitani cum. M. Romanis in quodam saltu cōtraxere pugnam: in qua .lxx. Lusitanos: Romanos autem. ccc. xx. cecidisse Claudius refert. Et cum uictores Lusitani sparsi ac securi abirent: unus ex his longe a cæteris segregatus cum circūfusis equitibus pedes ipse deprehensus unius eorum equo lancea perfosso ipsius eqtis ad unum gladii ictum caput desecuisset: ita omnes metu perculit: ut ꝓspectā/ tibus cunctis ipse contēptim atque ociosus abscederet. Appio Claudio Quīto/ Cæcilioque Metello cōsulibus Appius Claudius aduersus Salascos Gallos cō gressus & uictus. x. M. militum ꝓdidit. Reparata pugna. v. M. hostiū occidit. Sed cum iuxta legem: qua constitutum erat: ut quisquis. v. M. hostiū ꝑmis/ set: triumphandi haberet potestatem: iste quoque cuz triūphum expectasset: propter damna uero superiora nō ꝑtrauisset: infami impudentia/ atq̄ ābitiōe usus: priuatim cuz tribus triūphauit Lucio Cæcilio Metello/& Fanio Maxio Seruiliano cousulibus inter cætera prodigia Androgynus Romæ uisus iussu haruspicuz in mare mersus est. sed nihil impiæ expiationis procuratio ꝓfecit. Nam tanta subito pestilentia exorta est: ut ministri quoque faciendoꝝ funeꝝ/ primum non sufficerent. deinde nō essent. Itaque magnæ domus uacuæ uiuis: plenæ mortuis remanserunt. largissimæ introrsum hæreditates. & nulli ꝑitus hæredes. Deinde iam non solū in urbe uiuendi: sed etiā appropinquādi ad urbē negabatur facultas. Tam sæui per totam urbem tabescentium sub tectis atq̄ in stratis suis cadauerum putores exhalabantur. Expiatio illa crudelis & uiam mortibus hominum morte hominis instruens: tandē Romanis inter miserias erubescentibus: quā misera & uana esset innotuit. Ante enim in suffragiū præ/ ueniendæ cladis est habita: & sic pestilentia subsecuta est: quæ tamen sine ullis sacrificiorum satisfactionibus tantūmodo secūdum mensuram arcani iudicii/ expleta correptione sedata est: quam si artifices illi circūuentionuz haruspices sub ipsa: ut assolent: declinatione morboꝝ forte celebrassent: proculdubio sibi/ diis/& ritibus suis reductæ sanitatis gloriā uendicassent. Ita misera/& ad sacrile gia male religiosa ciuitas mēdaciis: qbus liberari non poterat: eludebatur. Igit Fabius consul contra Lusitanos & Viriatū dimicans Bacciam oppiduz: quod

Viriatus obſidebat:depulſis hoſtibus liberauit. & in deditionē cum plurimis aliis caſtellum recepit. Fecit facinus etiam ultimis barbaris Scythiæ:nō dicā Romanæ fidei/& moderationi execrabile. Quingentis enim principibus eorū: quos ſocietate mutatos deditionis iure ſuſceperat:manus præcidit. Pompeius ſequentis anni conſul fines Numantinorum ingreſſus: accepta maxima clade diſceſſit:non ſolum exercitu pene omni profligato:uerū etiā plurimis nobiliū: qui eius militiæ aderant:interemptis. Viriatus autem cum per. xiiii. ānos Romanos duces atque exercitus protriuiſſet:inſidiis ſuorum interfectus ē:in hoc ſolo Romanis circa eū fortiter agētibus:quod p̄cuſſores eius īdignos præmio iudicarunt. At ego non modo nunc. uerum etiam ſæpe intertexere oriētis illa inextricabilia bella poteram:quæ raro unquam:niſi ſceleribus aut incipiūt:aut terminantur. ſed Romanorū:cū quibus nobis actio eſt: tanta ſunt:ut iure faſti diantur aliena. Mithridates tūc ſiquidem rex Parthorū ſextus ab Arſace:victo Demetrio præfecto Babyloniam urbē/fineſque eius uniuerſos uictor inualit. Omnes præterea gentes:quæ inter Hydaſpē fluuium & Indū iacent:ſubegit. Ad Indiam quoque cruentum extendens imperium Demetrium ipſum ſibi ſecundo bello occurrentem & uicit & cepit. quo capto Diodotus quidam cum Alexandro filio regnū eius & regiū nomen uſurpauit:qui poſtea ipſum Alexādrum filium: quem participem periculi in peruadendo regno habuerat: ne in obtinendo conſortem haberet:occidit. Marco Aemilio Lepido/& Gaio Hoſtilio Mancino conſulibus prodigia apparuere diuerſa. & quantum in īpis fuit ex more curata ſunt. ſed non ſemper aucupatoribus euentuum/& ſtructoribus fallaciarū haruſpicibus opportuni caſus ſuffragantur. Nanque Mancinus cōſul poſtquā a Popilio apud Numantiam ſuſcepit exercitū: adeo prælia infeliciter cuncta geſſit. atque in id ſuprema deſperatione perductus eſt:ut turpiſſimum fœdus cum Numātinis iiſdem facere cogeretur:quāuis & Pompeius iā aliud æque infame fœdus cū iiſdē Numantinis paulo ante pepigiſſet. Senatus diſſoluit fœdus. & Mancinū tradi præcepit Numantinis:qui nudato corpore:manibus poſt tergum reuinctis ante portas Numantinorū eſt expoſitus. Ibique uſque ī noctē manēs:a ſuis deſertus:ab hoſtibus aūt nō ſuſceptus lachrimabile utriſque ſpectaculū præbuit.

Quod falſa numina ſibi uſurparunt Romani. Cap. 7

Exclamare hoc loco dolor exigit:cur falſo uobis Romani magna illa numina iuſticiæ/ac fidei/fortitudinis/& miſericordiæ uēdicatis? A Numantinis hæc uerius diſcite. Fortitudine opus fuit. pugnando uicerunt. Fides exigebatur. credentes aliis ſecūdū ſe:quos occidere potuerant:pacto fœdere dimiſerunt. Iuſticia probanda erat. p̄bauit eam uel tacitus ſenatus: cum iidem Numantini per legatos ſuos aut īuiolatā

pacē ſolā:aut omnes:quos pignore pacis accepto uiuos dimiſerāt:repoſcebant. Miſericordia examinanda uidebatur.ſatis documenti dederunt.uel emittendo ad uitam inimicum exercitum: uel ad pœnam non recipiendo Mancinū.Mā cinusne rogo dedendus fuit : qui uicti exercitus impendentem trucidationem prætētu boni pacti foederis diſpulit? qui periclitantes patriæ uires ī meliora tē pora reſeruauit?At:ſi diplicuit fœdus:quod pactuꝫ eſt: cur miles hoc pignore redemptus:aut cū reuerteretur receptus ē?aut cū repeteretur:redditus nō eſt? At:ſi placuit ſeruati militis qualiſcūque prouiſio:cur Mancinus:q̄ hoc pepigit: ſolus deditus fuit?Nuper Varro:ut perpropera pugna iniretur:collegā Pauluꝫ obluctantem impulit.trepidantem præcipitauit exercitū. īfelices copias apud infames illas Romanis cladibus Cannas non diſpoſuit certamini . ſed oppoſuit morti.plus quam.xl.M. ibi militū Romanoꝝ ſola impatientia ſua:de qua ſibi uictoriam iam dudum Hannibal præſumebat:amiſit.Collega etiā Paulo quo tandem uiro?perdito nouiſſime in urbē pene ſolus impudentiſſime redire auſus meruit impudentiæ ſuæ præmiū.Nā gratiæ ei:quod de re publica nō deſperaſ ſet:quā tamē ipe fecerat deſperatā:publice ī ſenatu actæ ſunt.Porro Mācinus: qui ſorte bellica circūuētum exercitū ne perderet:laborauit : ab eodem ſenatu deditione damnatus eſt.Scio Romani & illud in Varrōe diſplicuit.ſed tēpori conceſſuꝫ ē . & hoc in Mancio placuit . ſed ſecūdū tēpus præſumptū ē.atq̄ iō ab initio pfeciſtis:ut nec ciuis conſulat conuenienter ingratis.nec hoſtis fide/ liter credat infidis.Interea Brutus in interiore Hiſpania.lx.M.Gallograecoꝝ: qui Luſitanis auxilio uenerāt:aſperrimo bello & difficili:quanuis incautos cir/ cūuēiſſet:oppreſſit:quoꝝ ī eo prælio.l.M.occiſa.ſex.M.capta referūtur.pauci fuga euaſerunt . In citeriore Hiſpania Lepidus proconſul Vacceos innoxiam gētem/& ſupplicem:etiam ſenatu probibente/pertinaciter expugnare tētauit. Sed mox accepta clade grauiſſima improbæ pertinaciæ pœnas luit.Sex .M. quippe Romanoꝝ in boc iniuſto bello iuſtiſſime cæſa ſunt.reliq exuti caſtris: armis etiam perditis:euaſerūt.Nec minus turpis bæc ſub Metello clades: quā ſub Mancino fuit.quare nūc ſibi bæc tempora loco felicitatis aſcribāt nō dico Hiſpani tot pulſati/fatigatique bellis.ſed ipſi Romani tā continuis ſubacti cla/ dibus totienſque ſuperati:ut non exprobrem:quot prætores eorū: quot legati: quot conſules:quot legiones:quantique exercitus conſumpti ſunt. Illud ſolum reuoluo:quanta fuerit timoris amentia.Miles Romanus bebetatus:ut iaꝫ nec ad experimentum quidem belli cobibere pedem: atque offirmare aīuꝫ poſſet. ſed mox conſpecto Hiſpano ſpecialiter boſtem diffugiens : uinci ſe pene prius crederet:quā uideri. Quo argumēto patet apud utroſque miſera illa tempora iudicata: cum & Hiſpani & ſi uincere poterant:inuiti tamen deſererēt ocia ſua dulcia: & bella externa tolerarēt.& Romani quāto impudentius alienæ quieti ſeſe ingererent:tanto turpius uincerentur.

In urbe Roma puerũ natũ nouũ monſtrũ.& in Sicilia mõtẽ Aetnã uaſtos ignes eructaſſe. Cap.4

Eruio Fuluio Flacco/ & Quinto Calpburnio Piſone conſulibus
ſ Romæ puer ex ancilla natus eſt quadrupes/ quadrimanus/ oculis .iiii.auribus totidem/natura uirili duplex.In Sicilia mons Aetna uaſtos ignes eructauit. ac fudit: qui torrentum mõ ꝓcipites prona proxima quæq̃ corripientibus exuſſere flãmis.longinquiora aũt fauillis calidis cum uapore graui late uolitantibus torruerunt: quod Siciliæ ſemper uernaculum genus monſtri non portendere malũ aſſolet.ſed inferre.In Bononienſi agro fruges in arboribus natæ ſunt.Igitur in Sicilia bellũ ſeruile ortũ ẽ: quod adeo graue & atrox multitudĩe ſeruorũ tunc ad arma ĩſtructoꝝ/ copiaq̃ & magnitudine uiriuꝫ fuit:ut nõ dicã prætores Romanos:quos pẽitus ꝓfliga uit.ſed conſules quoque terruerit.Nam.lxx.M.ſeruoꝝ tum in arma cõſpiratiũ fuiſſe referuntur:excepta urbe Meſana: quæ ſeruos liberaliter habitos in pace continuit.Cæterum Sicilia in hoc quoque miſerior ẽ quia inſula:& nunquam erga pactũ ſuum iuris idonea:nunc tyrannis ſubiecta:nunc ſeruis:uel illis dominatu improbo exigẽtibus ſeruitutẽ:uel iſtis præſumptiõe puerſa cõmutãtibus libertatem:maxime quia clauſa undique mari egerere foras non facile poteſt inteſtinum malum. Viperinam quippe cõceptionẽ perditionis ſuæ aluit:ſua libidine auctam:ſua morte uicturam. In hac autem ſeruilis tumultus excitatus quanto rarior cæteris: tanto truculentior eſt: quia ĩtẽtiõe cõmouetur libera multitudo:ut patriam augeat,ſeruilis:ut perdat.

Scipio conſul creatus Numantiam deleuit. Cap.5

Nno ab urbe condita.dc.xx.cum maior pene infamia de fœdere
a apud Numantiam facto: quã apud Caudinas quondam furculas pudorem Romanæ frontis oneraret:Scipio Aphricanus cõſenſu omnium ex tribuno cõſul creatus:atque ad expugnãdã Numãtiã cum exercitu miſſus eſt.Numãtia aũt citerioris Hiſpaniæ haud ꝓcul a Vaccеis/& Cantabris:in capite Gallatiæ ſita:ultima Celtiberorum fuit. Hæc per annos.xiiii.cũ ſolis.iiii.M.ſuoꝝ.xl.M. Romanorum non ſolum ſuſtinuit. ſed etiam uicit.pudendiſque fœderibus affecit. Igitur Scipio Aphricanus Hiſpaniam ingreſſus non ilico ſe ingeſſit hoſtibus:ut quaſi incautos circumueniret: ſciens:nunquã id genus hominũ adeo in ociuꝫ corpore/atque animo reſolui:ut non ipſa qualitate habitudinis ſuæ apparatus alioruꝫ præcelleret.ſed aliquandiu militem ſuum in caſtris:uelut ĩ ſcholis exercuit. Et cũ partem æſtatis/ totãq̃ hyemẽ:ne attentata quid pugna tranſegiſſet:ſic quoque parum propemodum hac ꝓfecit induſtria.Nanq̃:ubi copia pugnãdi facta eſt:exercitus Romanus

oppreſſus impetu Numantinorum terga conuertit. Sed increpatiõe & minis obiectantis ſeſe conſulis: manuque retinentis/tandem indignatus ĩ hoſtẽ rediit, & quẽ fugiebat: fugere compulit. Difficilis ĩ relatu fides. Numantinos effugauere, & fugientes uidere Romani. Vnde quãuis Scipio: qa præter ſpẽ acciderat: lætatus & gloriatus eſſet: tamen ultra bellũ aduerſus eos audendum nõ eſſe profeſſus ẽ. Itaque Scipio inſiſtendum inopinatis prouentibus cenſuit, urbem ipſaꝫ obſidione cõcluſit. foſſa etiã circũdedit: cuius latitudo pedibus .x. altitudo .xx. fuit. Ipſum deĩde uallũ ſudibus præſtructũ crebris turribus cõmuniuit: ut ſiqua ab erumpente hoſte in eum tentaretur irruptio: iam nõ quaſi obſeſſor cũ obſeſſo: ſed uerſa uice obſeſſus obſeſſo repugnaret. Numantia autem in tumulo ſita haud procul a flumine Durio tria .M. paſſuuꝫ ambitu muri ãplexabatur: quanuis aliqui aſſerant eam & paruo ſitu/& ſine muro fuiſſe. Vnde credibile ẽ: cũ hoc ſpatii cura alendorum cuſtodiendorꝫque pecorꝫ: uel etiã exercẽdi ruris commodo: cum bello premerentur: incluſerint: ipſi arcẽ paruã natura munitã obtinentes. Alioquin tantam paucitatẽ hominũ tam amplũ urbis ſpatium nõ munire magis quã prodere uidebatur. Igitur concluſi diu Numantini: & fame trucidati deditionem ſui obtulerunt: ſi tolerabilia iuberentur: ſæpe etiã orantes iuſtæ pugnæ facultatem: ut tanquam uiris mori liceret. Vltimo omẽs ſubito duabus portis eruperunt: larga prius potione uſi nõ uini: cuius ferax is locus nõ eſt: ſed ſucco tritici per artem confecto: quem ſuccum a calefaciendo celiã uocãt. Suſcitatur enĩ ignea illa uis germinis madefactæ frugis, ac deĩde ſiccatur, & poſt in farinam redacta molli ſucco admiſcetur: quo fermẽto ſapor auſteritatis/& calor ebrietatis adiicitur. Hac igitur potione poſt lõgã famẽ recalescentes bello ſeſe obtulerũt. Atrox diu certamen & uſque ad piculũ Romanorꝫ fuit. Iterũq; Romani pugnare ſe aduerſum Numantinos fugiendo ꝓbauiſſent: niſi ſub Scipione pugnaſſent. Numantini interfectis ſuorum fortiſſimis bello cedunt: cõpoſitis tamẽ ordinibus. nec: ſicut fugientes: in urbẽ reuertũtur. Corpora ĩterfectorꝫ ad ſepulturã oblata accipe noluerũt. Nouiſſima ſpẽ deſpatiõis in mortẽ omnes deſtinati clauſam urbẽ ipſi introrſum ſuccenderunt. cunctiq; pariter ferro/ueneno/ atque igne conſumpti ſunt. Romani nihil ex his penitus habuere uictis: præter ſecuritatẽ ſuam. Neque enim euerſa Numantia uiciſſe ſe magis Numantinos: quam euaſiſſe duxerunt. Vnum Numantinum uictoris catena non tenuit. unde triumphũ dederit: Roma non uidit. Auꝫ uel argẽtũ: quod igni ſupeẽ potuiſſet: apud paupes nõ fuit. arma & ueſtes ignis abſumpſit.

Deleta Numantia cæteras gentes pacẽ petiiſſe. Cap. 6

Gitur ea tempeſtate cum hæc apud Numãtiã geſta ſunt: apud Romã Gracchorum ſeditiones agitabãtur. Scipio autem cũ deleta Numãtia

cæteras Hiſpaniæ gentes pace componeret: Tireſum quendã Celticũ pricipẽ conſuluit: qua ope res Numantina aut prius inuicta duraſſet: aut poſt fuiſſet euerſa. Tireſus reſpondit. Concordia inuicta diſcordia exitio fuit: quod Romani tanquã ſibi/ac de ſe dictũ exẽpli loco acceperunt: quippe quibus iã de ſeditõe diſcordantis totius urbis nuntiabatur. Carthagine Numãtiaque deleta oritur apud Romanos utilis de ꝓuiſione collatio. & oritur ĩfamis de ãbitiõe cõtẽtio. Gracchus tribunus plebis iratus nobilitati: quod ĩter auctores Numãtini foederis notatus eſſet: agrum a priuatis eatenus poſſeſſum populo diuidi ſtatuit. Octauio tribuno plebis obſiſtenti ademit imperium. & ſucceſſorẽ Numitiũ dedit. His cauſis ſenatum ira. populum ſuperbia inuaſit. ac tunc forte Attalus Eumenis filius moriens teſtamento populum Romanũ impio Aſiæ hæredẽ ſuccedere iuſſerat. Gracchus gratiam populi precio appetens legem tulit: uti pecunia: quæ fuiſſet Attali: populo diſtribueretur. Obſiſtente Naſica ẽt Põpeius ſpopondit: ſe Gracchum cũ primũ magiſtratum adiiſſet: accuſaturum.

In urbe ortam ſeditionẽ graue. & in Sicilia ſeruilẽ contagionẽ. Cap. 7

Gracchus cum niteretur: ut ipſe tribunus plebis ſubſequẽte anno permaneret: cumque. comitioꝝ die ſeditiones populi accederet: auctore Naſica inflammata nobilitas fragmentis ſubſelioꝝ plebẽ fugauit. Gracchus per gradus: quibus itur ſuper Calpburniũ fornicem detracto adminiculo fugiẽs ictus fragmẽto ſubſelii corruit. Rurſuſque aſſurgens alio ictu clauæ cerebro impactæ exanimatus eſt. Ducenti præterea i ea ſeditione interfecti. eorumque corpora in Tyberĩ proiecta ſunt. ipſius quoq; Gracchi inhumatum cadauer extabuit. Orta præterea in Sicilia belli ſeruilis contagio multas late infecit prouincias. Nã & Minturnis. cccc. l. ſerui ĩ crucẽ acti: & Sinueſſæ ad. iiii. M. ſeruoꝝ a Quito Metello. & Gneo Seruilio Cæpiõe oppreſſa ſunt. In metallis quoque Atheniẽſiũ idem tumultus ſeruilis ab Heraclito prætore diſcuſſus eſt. Apud Delon etiã ſerui nouo motu intumeſcẽtes oppidanis præuenientibus preſſi ſunt abſque illo primo Siciliẽſis mali fomite: a quo iſte: uelut ſcintillæ emicantes diuerſa hæc incendia ſeminauit. In Sicilia enim poſt Fuluium conſulẽ Piſo conſul Mamerciuꝝ oppidũ expugnauit: ubi octo. M. fugitiuoꝝ interfecit. quos autem capere potuit: patibulo ſuffixit: cui cũ Rutulius conſul ſucceſſiſſet: idem quoque Taurominium/& Aetnã firmiſſima fugitiuorum refugia bello recepit: ubi amplius quam. xx. Mi. tunc ſeruoꝝ trucidata referuntur. Miſera ꝓfecto talis belli & inextricabilis cauſa. Pereũdũ utiq; dominis erat: niſi inſoleſcentibus ſeruis ferro obuiam iretur. Sed tamen in ipſis quoq; infeliciſſimis damnis pugnæ/& infelicioribus lucris uictoriæ: quãti periere uicti: tantum perdidere uictores.

Attalum regem Asiæ testamẽto Asiam reliquisse Romanis. Cap. 8

a Nno ab urbe condita .dc.xx.ii. Publius Lycinius Crassus consul & pontifex maximus aduersus Aristonicum Attali fratrem: qui tradita testamento Romanis Asiam peruaserat: cũ īstructissimo est missus exercitu. Præterea magnis regibus: hoc ẽ Nicomede Bithyniæ/Mithridate Põti/& Armeniæ/Ariarathe Cappadociæ/Philomene Paphlagoniæ. eorumque maximis copiis adiutus cõserto tamẽ bello uictus ẽ. Et cum exercitu post plurimam cædem in fugam acto ipse iã circũuẽtus ab hostibus: & pene captus esset: uirgam: qua erat usus ad equũ: in oculũ Thracis impegit. Barbarus autẽ cum ira & dolore exarsisset: latus Crassi gladio transuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis effugit & dedecus & seruitutem. Perpenna cõsul: qui Crasso successerat: audita morte Crassi: & clade exercitus Romani raptim in Asiam peruolauit. Aristonicũ recenti uictoria feriantem improuiso bello adortus nudatum omnibus copiis in fugã uertit. Cũq; Stratonicem urbẽ: ad quam ille confugerat/obsidione cinxisset: trucidatum fame ad deditionẽ coegit. Perpẽna consul apud Pergamũ correptus morbo diẽ obiit. Aristonicus uero ductus ad urbẽ Romam iussu senatus ī carcere strãgulatus est. Eodem anno Ptolemæi Alexandrinorũ regis uita misera miseriorem uitæ exitum dedit. Is enim sororem suã stupro cognitã: ac deīde ī matrimoniũ receptam turpius: quam duxit: abiecit. Priuignam uero suã: hoc est filiam sororis & coniugis coniugem: asciuit. filiumque suum: quẽ ex sorore susceperat: nec nõ & filium fratris occidit. Quam ob rẽ tantis īcestis/ parricidiisque execrabilis ab Alexandrinis regno pulsus est. Iisdem temporibus Antiochus nõ cõtẽtus Babylonia/atque Hecbathana totum Mediæ imperiũ aduersus Pharaathen Parthorũ regem congressus uictus est: qui cũ ī exercitu suo .ccc. M. armatorũ habere uideretur: c. M. & amplius calonũ & lixarũ immista scortis & histrionibus trahebat. Itaque facile cum uniuerso exercitu suo Parthorũ uiribus oppressus interiit. Gaio Sempronio Tuditano & Marco Acilio consulibus Publiũ Scipionẽ Aphricanũ pridie pro cõcione de periculo salutis suæ cõtestatũ: quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denũtiari cognouisset: alio die mane exanimẽ in cubiculo suo repertũ non temere inter mala Romanorũ maxima recensuerim: præsertim cũ tãtus in ea urbe Aphricani uigor & modestia ualeret: ut facile uiuo eo neq; sociale/neque ciuile bellũ posse existere crederetur. Hunc quidã uxoris suæ Semproniæ: Gracchorũ aũt sororis dolo necatum ferunt: ne scelerata: ut credo: familia: atque ī perniciẽ patriæ suæ nata inter impias seditiões uiroruꝫ non etiam facinoribus mulierũ esset immanior.

Iterum Aetnaꝫ uasto tremore exundasse igneis globis. Cap. 9

Arco Aemilio/& Lucio Oreſte cõſulibus Aetna uaſto tremore
m concuſſa exundauit igneis globis. Rurſusque alio die Lypara in/
ſula & uicinum circa eam mare in tantum efferbuit: ut aduſtas
quoque rupes diſſoluerit: tabulataque nauiũ liquefactis cæris ex/
torruerit: exanimatos piſces ſupernatantes excoxerit: homines quoque: niſi qui
longius potuere diffugere: reciprocato anhelitu calidi aeris aduſtis introrſum
uitalibus ſuffocarit.

Vbi in Aphrica a bellorũ excidiis ceſſatum eſt: horribilem & inuſitatã p/
ditionem locuſtarum ſecutam. Cap. 10

Arco Plautio Iſæo/& Marco Fuluio Flacco conſulibus uix du3
m Aphricam a bello3 excidiis quieſcentẽ horribilis & inuſitata per
ditio conſecuta eſt. Nanq̃ cũ per totã Aphricã imenſæ locuſta3
multitudies coaluiſſent. & non modo iam ſpẽ cunctã frugũ abra
ſiſſent. herbaſque omnes cum parte radicũ/& folia arbor3 cum teneritudine
ramorum conſumpſiſſent: uerũ etiã amaras cortices/atq̃ arida ligna proſiſſẽt:
repentino arreptæ uento: atque in globos coactæ: portatæque diu per aerem
Aphricano pelago immerſæ ſunt. Haru3 cum immenſos aceruos longe undis
urgentibus fluctus per extenta late litora propuliſſent: tetrũ nimis atque ultra
opinionẽ peſtiferũ odorẽ tabida & putrefacta congeries exhaluit: Vnde oĩum
pariter animantiũ tanta peſtilentia conſecuta eſt: ut auiu3/pecudũ ac beſtiarũ
corruptione aeris diſſolutar3 putrefacta paſſim cadauera uitium corruptionis
augerent. At uero quanta fuerit hominum lues: ego ipſe dum refero: toto cor
pore perhorreſco. Siquidem in Numidia: in qua tunc Micipſa rex erat .dccc.
.M. hominum. circa oram uero maritimã: quæ maxime Carthaginenſi: atque
Vticenſi litori adiacet: plus quã .cc. M: periſſe traditum eſt. Apud ipſam uero
Vticã ciuitatem. xxx. M. militum: quæ ad præſidiu3 totius Aphricæ ordiata
fuerãt: extincta. atque abraſa ſunt. Quæ clades tam repẽtina ac uiolẽta iſtitit:
ut tũc apud Vticã ſub una die per unã portã ex illis iunioribus plus quã .M.d.
mortuos elatos fuiſſe narretur. Verum tamen pace & gratia omnipotẽtis dei
dixerim: de cuius miſericordia: & in cuius fiducia hæc loquor: quanuis & tem
poribus noſtris exoriantur aliquando hæ diuerſis partibus locuſtæ: & plerũq̃
etiam: ſed tolerabiliter lædant: nunquam tamen tẽporibus chriſtianis tãta uis
inextricabilis mali accidit: ut pernicies locuſtarũ: quæ nullo modo ferri uiua
potuiſſet: mortua plus noceret. & qua diu uiuente peritura erãt omĩa: ea pdita
pereuntibus magis omnibus optandum fuerit: ne periret.

Poſt euerſam Carthaginẽ/iter3 iuſſum ẽ/eã reſtitui. Cap. 11

Nno ab urbe cõdita. dc. xxx. vii. Lucio Cæcilio Metello/& Quĩto Tito
Flaminio conſulibus Carthago in Aphrica reſtitui iuſſa. xx. & ſecundo

demum anno: quã fuerat euersa: deductis ciuium Romanorꝝ familiis: quæ eaꝫ incolerent: restituta & repleta est: magno ante prodigio præcedente. Nam cũ mensores ad limitandum Carthaginensem agrum missi stipites terminorum indices fixos/ nocte a lupis reuulsos mordicus/ corrososque reperissent: aliq̃diu hæsitatũ est: utrũ Romanæ paci expediret: Carthaginẽ reformari. Eodeꝫ ano Gaius Gracchus Gracchi illius: q̃ iã occisus ĩ seditiõe fuerat frater: tribunus plebis per tumultum creatus: magna rei publicæ pernicies fuit. Nam cũ sæpe populum Romanũ largitionibus promissisque nimiis in acerbissimas seditiões excitauisset: maxĩe legis agrariæ causa: pro qua etiã frater eius Tiberius Gracchus fuerat occisus/ tãdem a tribunatu Minutio successore decessit. Minutius tribunus cum maxĩa ex parte decessoris sui Gracchi statuta cõuulsisset: leges que abrogasset: Gaius Gracchus cum Fuluio Flacco ingenti stipatus agmie capitolium: ubi concio agitabatur: ascendit. Ibi maximo tumulto excitato quidam præco a Gracchanis interfectus: uelut signum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus: comitante etiam Graccho togato: breuẽq̃ gladiuꝫ sub sinistra occultante: quanuis & præconeꝫ frustra præmisisset: qui seruos ad libertatem uocaret: Ianum: tanquam in arce occupauit: contra quem Decius Brutus uir consularis a cliuo publico cum ingenti certamine irruit. Ibi diu obstinatissime dimicauit Flaccus. Gracchus postq̃ ĩ tẽplũ Mineruæ successerat: gladio incumbere uolens interuentu lictoris retẽtus est. Itaque cum diu anceps bellum agitaretur: tandem sagittarii ab Opimio missi consertã multitudinem disturbauerũt. Duo Flacci pater filiusque cũ pædem Lunæ ĩ domũ priuatã desiluissent: foresque obiecissent: rescisso craticio pariete: confossi sunt. Gracchus pro se amicis pugnantibus ac pereũtibus ægere ad põtem subliciũ peruẽit. ibiq̃: ne uiuus caperetur: ceruicem seruo suo præbuit. Caput Gracchi excisum cõsuli allatum est. corpus ad Corneliam matrẽ Missenum oppidum deuectũ est. Hæc autẽ Cornelia Aphricãi maioris filia Missenũ post prioris filii mortem secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione gracchi. cc. l. homines in Auentino mõte cæsi referuntur. Opimius consul sicut in bello fuit fortis: ita in quæstione crudelis. Nam amplius quã tria. M. hominum suppliciis necauit: ex quibus plurimi ne dicta quidem causa innocentes interfecti sunt. Iisdem tẽporibus Metellus Baleares insulas bello peruagatus edomuit. & piraticã infestationẽ: quæ ab iisdem tunc exoriebatur plurima incolarum cæde cõpressit. Gneus quoq̃ Domitius proconsul Allobroges Gallos iuxta oppidum Vindalium grauissimo bello uicit: maxime cum elephantorum noua forma equi bostiũ bostesque conterriti diffugissent. xx. M. ibi Allobrogũ cæsa referuntur. iii. M. capta sunt.

Aetnam ultra solitum exarsisse. Cap. 12

Odem tẽpore Aetnã mons ultra ſolitũ exarſit: & torrentibus igneis
e ſuperfuſis lateque circumfluentibus Catinam urbẽ fineſque eius op
preſſit ita: ut tecta ædium calidis cineribus præuſta/ & prægrauata
corruerent: cuius leuandæ cladis cauſa ſenatus decẽ ãnoꝝ uectigalia Catineſi/
bus remiſit.

Iugurthæ Numidaꝝ regi bellum conſenſu populi Romãi ſenatũ indixiſſe.

Cap. 13

Nno ab urbe condita.dc.xx.viii.Fabius conſul Bytinto regi Ar/
a uernorum Galliæ ciuitatis bellum maximo inſtructu cõparanti
adeo cum paruo exercitu occurrit: ut Bytintus paucitatẽ Roma
norum uix ad eſcam canibus: quos in agmine habebat: ſufficere
poſſe iactaret: qui cum ſibi ad tranſferendas copias unum pontem Rhodani
fluminis parum eſſe intelligeret: alium cũ paucis lintribus cateniſque cõnexũ
ſuperſtratis confixiſque tabulis ſtruxit. Cõſerta pugna: & diu grauiter agitata
uicti Galli: conuerſique in fugam: dum quiſque ſibi timet: coaceruatis ĩcõſulte
agminibus præpropero tranſitu põtis uicla ruperũt. ac mox cuꝫ ipſis lintribus
merſi ſunt. Centum .lxxx.M. armatorum in exercitu Bytinti fuiſſe tradũtur:
ex qbus.c.l.M. uel cæſa: uel merſa ſunt. Quintus Martius conſul Gallorꝝ gẽtẽ
ſub radice alpium ſitam bello aggreſſus eſt: qui cum ſe Romanis copiis circũ
ſeptos uiderent: belloque impares fore intelligerent: occiſis cõiugibus ac liberis
in flãmas ſeſe proiecerunt. Qui uero præoccupantibus Romanis pagẽdæ tũc
mortis ſuæ copiam non habuerant: captique fuerant/ alii ferro. alii ſuſpendio.
alii abnegato cibo ſeſe conſumpſerunt: nulluſque omnino uel paruulus ſupfuit:
qui ſeruitutis condicionem uitæ amore tolerarit.

Cap. 14

Nno aꝑ urbe cõdita.dc.xxx.v. Publio Scipione Naſica/ & Lucio
a Calpburnio Beſtia conſulibus Iugurthæ Numidarũ regi bellum
conſenſu populi Romani ſenatus indixit. Sed ego de Iugurtha or
dinis tantum loco & cauſa cõmemorationis breuiter perſtrixerĩ:
qa ut de natura eius uaria/ atq; ĩtolerabili: ita & de rebus tã doloſe: quã ſtrenue
geſtis propter opimam ſcriptoꝝ luculentiam ſatis ſufficiens apud oẽs noticia
eſt. Igitur Iugurtha Micipſæ Numidarum regis adoptiuus/ hæreſque ĩter na
turales eius filios factus primũ cohæredes ſuos/ id eſt Hyepſalẽ occidit. Ather
balem bello uictũ Aphrica expulit. Calpburniũ inde conſulẽ aduerſuꝫ ſe miſſuꝫ
pecunia corrupit: atque ad turpiſſimas cõdiciones pacis adduxit. Præterea cũ
Romam ipſe ueniſſet omnibus pecunia aut corruptis: aut attentatis ſeditiones
diſſenſioneſque permiſcuit: quam cũ egrederetur: infami ſatis notauit eulogio:
dicens. O urbem uenalem/ & mature perituraꝫ: ſi emptorẽ inuenerit. In ſeqn/
ti anno Aulum Poſthumium Poſthumii conſulis fratrem: quem is .xl.M.

armatorum exercitui præfecerat: apud Calamã urbẽ thesauris regiis cõditis inbiantem bello oppressit: cui uicto ignominiosissimũ fœdus exegit. Vniuersam pene Aphricã a Romanis deficientẽ regno suo iunxit. Postea tamẽ Metelli consulis integritate & disciplina coercitus: duobus etiã præliis uictus uidit præsente se & uastari Numidiam suã/& non posse defendi: a quo in deditionẽ coactus. ccc. obsides dedit. frumentũ atq; alios cõmeatus persolutur⁹ sese spopondit. iii. M. ãplius perfugar⁹ reddidit. Exin cũ incertus in pace improbos nõ prohiberet excursus: Gaii Marii consulis non minore pene: quaꝫ ipse præditus erat: astutia Romanisque uiribus fractus ẽ. maxie postq; Marius urbẽ Capsaꝫ ab Hercule Phœnice: ut ferunt conditã/regiis tunc thesauris confertissimam dolo circũuenit. & cepit. Diffidens deinde ꝓpriis rebus & uiribus Iugurtha societatẽ cũ Boccho Maur⁹ rege fecit: cuius equitatu in imensum auctus Marianũ exercitũ creberrimis incursionibus fatigauit. Postremũ apud Cyrtham urbẽ antiquã Masanissæ regiã aduersum Romanos expugnationẽ eius parates. lx. M. equitũ instructus occurrit. Nunquã ulla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit adeo: ut discursu & fremitu circũcursantiũ/& ipetetiũ eqtũ suscitatus puluis cælũ subtexuerit: diẽ ademerit: noctẽq; obduxerit: tantus autẽ telor⁹ nimbus igruerit: ut nulla pars corporis eẽt ab ictu tuta: qppe qbus & uisus ad prospiciendũ impedimento caliginis: & expeditio ad cauẽdũ coprẽssione multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numida: ut bene collocatũ hostẽ opportuno teli impetu rimaret. sed potius i incertũ pila mittebant: certi: quod uulnera incerta non essent. Ita coacti in unũ Romãi equites. in unũ pedites densabantur. Intercapedinẽ tanti periculi nox interueniens fineꝫ dedit. Eadẽ postera die & belli & piculi facies erat erũpere in hostem: quanuis stricto miles gladio non ualebat ferire. eminus enĩ iaculis repellebatur. fugere non poterat. Vndique enĩ uelocior ad persequẽdũ eques incluserat. Iam tertia dies & nullũ undecũque suffragiũ. dira undiq; mortis facies obiiciebatur. Tadẽ Marius consul forti desperatione spei uiã fecit. & cum uniuerso simul agmine ꝓrupit e uallo. cãpoque sese simul e prælio dedit. Et cũ iter⁹ circũfusi hostes nõ solũ agminis extrema laniarent: uer⁹ etiã media excussis procul telis cederent: turbatosque Romanos insup etiã æstu solis/itolerantia sitis/mortis circũstãtia usque ad extremũ desperatiõis fatigaret: subito notũ illud Romanor⁹ aduersus Aphros tẽpestatũ imbriũq; suffragiũ cælo missum ispatæ salutis fuit. Siqdẽ repentina pluuia sitientibus Romanis & æstuãtibus refrigeriũ potũq; præbuit. Porro aũt Numidis hastilia telor⁹: quæ manu intorquere sine amentis solent: lubrica ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiã: quæ elephãti corio extẽto atq; durato habilia & tuta gestabant: cuius ea natura ẽ: ut acceptũ imbrẽ: tanquã spõgia ebibat: ac per hoc intractabile repentino põdere fiat: quia circũferri nõ poterant: defendere nequiuerũt. Ita ex inspato conturbatis destitutisq; Mauris

ac Numidis Bocchus & Iugurtha fugerunt. Post hoc. I. M. armatorꝝ nouissimo bello ab iisdē regibus obiecta. hæc quoq; usque ad internicionem Romanis uincentibus cæsa referuntur. Ex eo Bocchus spē belli abiiciēs pacem petiuit. atque in precium pacis Iugurthā dolo captū catenisque obrutum per Syllam legatum misit ad Mariū: qui in triūpho ante currū cū duobus filiis suis actus mox in carcere strāgulatus est. Iisdē diebus obscœnū prodigiū ac triste uisu est. Lucius Aelius eques Romanus cuꝫ uxore & filia Roma in Apuliā rediēs tēpestate correptus ē: q cū filiā consternatā uideret: ut citius ꝓpioribus tectis succederent: relictis uehiculis: arreptisque equis filiā uirginē equo insidentē in medium agmen accepit. Puella uero ictu fulminis exanimata ē. Sed omnibus sine scissura aliqua uestimentis adēptis: ac pectoris pedumq; uinculis dissolutis: monilibus etiā anulisque discussis: ipso quoq; corpore illæso: nisi quod obscœnū in modum nuda: & lingua paululū exerta iacuit. equs quoque ipse: quo utebat: straturis, frenis & cingulis dissolutis passiꝫ ac dispersis exanimis procul iacuit. Post hoc paruo iterces̄su tēporis Lucius Vecturius eques Romanus Aemiliā uirginē Vestalē furtiuo stupro polluit. Duas ꝑterea uirgines Vestales eadē Aemilia ad participationē incesti solicitatas cōturbernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. Indicio ꝑ seruū facto suppliciū de oībus sūptū ē. Iisdē ꝑterea Iugurthini belli tēporibus Lucius Cassius cōsul in Gallia Tigurinos usque ad oceanum persecutus: rursumque ab iisdē insidiis circūuentus occisus ē. Lucius quoque Piso uir consularis legatus Cassii consulis interfectus. Gaius Publius alter legatus: ne residua exercitus portio: quæ in castra confugerat: deleretur: obsides & dimidiā partē reꝫ oīū Tigurinis turpissimo fœdere dedit: q Romā reuersus a Cœlio tribuno plebis die dicta eo, quod Tigurinis obsides dederat: in exilium profugit. Scipio proconsul capta urbe Gallorū: cui nomē ē Tolosa. c. M. ponderis auri & argenti. c. x. M. e templo Apollinis sustulit: quod cum ad Massiliam amicā populo Romāo urbē cū præsidiis misisset: interfectis clā: sicut qdā cōtestātur: quibus ea custodienda & ꝓuehenda cōmiserat: cuncta ꝑ scelus furatus fuisse narratur. Vnde etiā magna quæstio post Romæ acta ē.

Multas gentes in unū conspirasse: ut Romanum nomen delerent.

Cap. 15

a Nno ab urbe cōdita. dc. xl. ii. Gaius Manlius & Quintus Cæpio procōsules aduersus Cimbros & Teutones & Tigurinos & Ambronas Gallorꝫ gētes: quæ tūc: ut imperiū Romanū extinguerēt: conspirauerant: missi: prouincias sibi: Rhodano flumine medio diuiserunt: ubi dum inter se grauissima inuidia & contentione disceptant: cum magna ignominia & periculo Romani nominis uicti sunt. Siquidē in ea pugna Marcus Aemilius consularis captus. atque interfectus est. Duo filii consulis

cæſi.lxxx.M.Romanorum ſociorũque ea tempeſtate trucidata.lx.M.calonũ atque lixarum interfecta Antias ſcribit.Ita & ex omni penitus exercitu.x.tãtũ modo homines:qui miſerum nuntiũ ad agẽdas miſerias reportarent:ſupfuiſſe referuntur.Hoſtes binis caſtris atq; ingenti præda potiti noua quadam atque inſolita execratione cuncta:quæ cepant:peſſuꝫ dederũt.Veſtis diſciſſa & proiecta eſt. auꝝ argentumque ĩ flumẽ abiectũ eſt.loricæ uiroꝝ cõciſæ.phaleræ quoque equoꝝ diſperditæ.equi ipſi gurgitibus immerſi. homines laqueis collo inditis ex arboribus ſuſpenſi ſunt ita:ut nihil prædæ uictor : nihil miſericordiæ uictus agnoſceret.Maximus tũc Romæ nõ ſolũ luctus:ueruꝫ ẽt metus fuit:ne confeſtim Cimbri alpes tranſgrederentur:Italiãque delerẽt. Iiſdẽ temporibus Quintus Fabius Maximus filiũ ſuũ adoleſcentẽ ruri relegatũ cũ duobus ſeruis parricidii miniſtris interfecit.ipſoſque continuo ſeruos in preciũ ſceleris mãu miſit.Die dicta: Gneo Põpeio accuſante damnatus ẽ. Igitur Marius quarto conſul:cum iuxta Iſarã Rhodanũque flumina:ubi in ſeſe confluunt:caſtra poſuiſſet:Teutones/Cimbri/& Tigurini/& Ambrones:poſtquã continuo triduo circa Romanoꝝ caſtra pugnarũt:ſiquo pacto eos excuterẽt uallo: atq; ĩ æquꝫ funderent:tribus agminibus Italiã petere deſtinarũt. Marius poſt digreſſum boſtiũ caſtra mouit. & collem occupauit:qui cãpo & fluuio:ubi boſtes ſeſe diffuderant:imminebat.Cũque exercitui eius aqua ad potandũ deeſſet:querelis omniũ coargueretur: aquã quidem ĩ cõſpectu eſſe reſpondit.ſed eam ferro eſſe uẽndicandã.Primis itaque calonibus cum clamore in pugnã ruẽtibus ſubſecutus exercitus:mox iuſto certamine compoſitis ordinibus/bellum eſt:& uicere Romani.Quarto die rurſus productæ utrinque in campũ acies uſque ad meridiem pene pari pugnauere diſcrimine.Poſt:ubi icaleſcente ſole fluxa Gallorꝝ corpora in modum niuiũ diſtabuerunt:uſque ĩ noctẽ cædes potius:quã pugna protracta eſt.Ducenta milia armatorũ in eo bello interfecta ſunt .lxxx.M.capta.uix.iii.M.fugiſſe referuntur.Dux quoque eorꝝ Teutobocchus occiſus ẽ. Mulieres eorꝝ conſtantiore animo:quam:ſi uiciſſent:petierũt a conſule: ut ſibi iuiolata caſtitate uirginibus ſacris miniſtrare fas eſſet:quo uitã ſibi reſeruarẽt. quam rem:cum non impetraſſent: paruulis ſuis ad ſaxa illiſis cunctæ ſeſe ferro ac ſuſpendio peremerunt.Hæc de Tigurinis & Ambronibus geſta ſunt.Teutones aũt & Cimbri integris copiis alpium niues emẽſi Italiæ plana puaſerãt. Ibique cũ rigidum genus diu blandioribus auris/cibis/poculis/ac lauacris emolliretur:Marius Quintũ conſul & Catulus aduerſus eos miſſi:die ad pugnaꝫ & campo dato:Hannibalis ſecuti ingenium in nebula diſpoſuere pugnam.in ſole pugnauerunt.Prima ſiquidẽ perturbatio Gallorꝝ fuit : quod Romanam aciẽ prius offendere diſpoſitam: quã adeẽ ſenſerunt. Cũque ilico uulnerati equites retro in ſuos cogerentur:totãque multitudinẽ indiſpoſite adhuc aduentantem conturbarẽt:& ſol cum uento ortus ex aduerſo emicuiſſet:uiſus eorum puluis

oppleuit.& ſplendor hebetauit.Ita factum ē:ut tanta ac tā terribilis multitudo minima Romanorꝝ clade:ſua ultima internicione cæderetur.Centum. xl.M. eorꝝ tunc in bello cæſa.lx.M.capta dicunt.Mulieres grauiorē pene excitauere pugnā:quæ plauſtris ī modū caſtrorꝝ circūſtructis:ipſæ aūt deſupꝑ ppugnātes diu prope repulere Romanos. Sed cuꝫ ab bis nouo cædis genere terrerentur: abſciſis enim cū crine uerticibus ībonesto ſatis uulnere turpes relinquebantur: ferro:quod in boſtem ſumpſerāt:in ſe ſuoſque uerterunt.Nāque aliæ cōcurſim mutuo iugulatæ.aliæ apprehenſis inuicem faucibus ſtrangulatæ.aliæ funibus per equorum crura conſertis:ipſiſque equis extimulatis:quibus equoruꝫ crura nexuerant:indidere ceruices:quouſque protractæ: atque exanimatæ ſunt. aliæ laqueo de ſubiectis plauſtrorꝝ temonibus pepēderunt.Inuenta ē etiam quæda: quæ duos filios traiectis per colla eorꝝ laqueis ad ſuos pedes uinxerit: & cum ſe ipſam ſuſpēdio moriturā dimiſiſſet:ſecū traxerit occidendos. Inter hæc multa & miſerabilia mortis genera.reguli quoque duo ſtrictis in ſe gladiis cōcurriſſe referuntur.Lucius & Boiorix reges in acie ceciderunt.Claudius & Ceſorix capti ſunt.Ita in bis duobus prælis.ccc.l.M.Gallorum occiſa.&.c.xl.M.capta ſunt abſque innumera mulierꝝ multitudine: quæ ſe ſuoſque paruulos fœmineo furore:ui aūt uirili necauerūt.

Poſt triūphū Marii ĩcredibile facinus & nūquā antea Romanis cognitum perpetratū fuiſſe. Cap.16

Gitur talē Marii triūphuꝫ Romanāque uictoriā ĩcredibile facinus: & nunquā antea Romanis cognitū Romæ ſubito perpetratuꝫ uerſa ĩborrorē ac mærorē tota urbe fuſcauit. Publitius quidā Malleolus ſeruis annitētibus matrē ſuā interfecit. Damnatus parricidio:iſutuſque culleo in mare ꝓiectus ē.ipleuerūtq; Romāi facinus & pœnā: de qua re Solon Athenienſis decernere non auſus fuerat:dū fieri poſſe nō credidit.& Romani:qui ſe ortos a Romulo ſcirent:etiā hoc fieri poſſe ītelligētes ſuppliciū ſingulare ſanxerunt. Anno ab urbe cōdita.dc.lx.v.poſt Cimbricū & Teutonicū bellū/& quitū Marii conſulatū: quo ſtatus ımperii Romāi iure cōſeruatus iudicat:c cōſulatu ſexto eiuſdē Gaii Marii ita labefactatus ē: ut pene uſque ad extremū iteſtina clade conciderit.Euoluere ac percurrere mihi diſcordiarꝝ ambages/& inextricabiles ſeditionū cauſas incōmodū ſimul ac lōgū uidet. Sane breuiter ſtrixiſſe ſufficiat:quod primus Lucius Apuleius Saturninus excitati tumultus auctor extiterit: Quito Metello Numidico uiro ſane primario acerrimus inimicus: qui eū cenſorem creatū protractū domo atque in capitoliū fugientē armata multitudine obſedit:unde equitū Romanorꝝ ıdignatiōe deiectus ē:plurima āte capitoliū cæde facta. Anumiū deinde cōpetitorē ſuū Saturninus & Glaucia fraude Gaii Marii cōſulis occiderunt.Subſequēte anno Marius ſextū conſul/

& Glaucia prætor/& Saturninus tribunus plebis cõſpirauerunt:Metellũ Numidicũ ĩ exiliũ quacũq; ui agere.Die dicta a ſuppoſitis eiuſdẽ factiõis iudicibus p ſcelus innocẽs Metellus damnatus in exiliuꝫ cuꝫ totius urbis dolore diſceſſit. Idẽ Saturninus Mẽmiũ uirꝫ acrem & integrũ fieri cõſulẽ timens:orta ſubito ſeditione fugientẽ per Publiũ Metiũ ſatellitẽ informi ſtipite cõminutũ interfecit. Frementi ꝑ tãtis rei publicæ malis ſenatu/ac populo Romano Marius cõſul accõmodato ad tẽpus ĩgenio cõſẽſui bonorꝫ ſeſe ĩmiſcuit: cõmotãq; plebẽ leni oratione ſedauit. Saturninus ĩfamibus auſibus cõcionẽ domi ſuæ habuit: ibique ab aliis rex.ab aliis impator eſt appellatus. Marius manipulatim plebe deſcripta alterꝫ conſulẽ cũ præſidiis in colle diſpoſuit.ipe portas cõmuniuit. In foro præliũ cõmiſſum ẽ. Saturninus a Marianis foro pulſus ĩ Capitoliũ cõfugit.Marius fiſtulas:quibus eo aqua deducebatur/incidit. Belluꝫ deide in aditu Capitolii borridũ ſatis actũ ẽ.multiq; circa Saufeniũ & Saturninũ cæſi.Saturninus palã clamitãs Mariũ auctorẽ ẽe oiũ molitionũ ſuarꝫ cõteſtatus ẽ.Cũ aũt ipſe Saturninus & Saufenius & Labienus cogente Mario ĩ curiã cõfugiſſent: ꝑ eqtes Romãos effractis foribus occiſi ſunt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus ẽ. Furius tribunus plebis bõa oiuꝫ publicãda decreuit. Gneus Dolobella Saturnini frater per forꝫ elitoriũ fugiens cũ Lucio Ieganio interfectus ẽ.Itaq; auctoribus tantæ ſeditionis occiſis quies populo fuit. Tunc Cato atq; Põpeius rogationẽ de reditu Metelli Numidici totius urbis gaudio ꝑmulgarunt.quod ne ꝑficeretur: Marii conſulis/& Furii tribuni plebis factionibus interceſſum ẽ.Rutilius quoq; uir integerrimus adeo fidei atq; ĩnocẽtiæ cõſtãtia uſus ẽ:ut die ſibi ab accuſatoribus dicta uſque ad cognitionem neque capillũ/barbãue dimiſerit. neque ſordida ueſte/humili ue habitu ſuffragatores cõciliarit.inimicos permulſerit.iudices tẽperit:orationẽque a ꝑtore cõceſſam nihilo ſummiſſiorẽ:quã animũ habuerit.Cũ euidenti oppugnaretur calumnia & opinione bonorꝫ omnium iure abſoluendus putaretur:periurio iudicum cõdemnatus ẽ:qui Smyrnam cõmigrans litterarum ſtudiis contentus cõſenuit.

Mæſtam urbem prodigia terruerunt. Cap. 17

a ANno ab urbe cõdita.dc.l.ix.Iulio Cæſare & Lucio Marco Philippo cõſulibus inteſtinis cauſis ſociale bellũ tota cõmouit Italia.Si quidẽ Liuius Druſus tribunus plebis Latinos omẽs ſpe libertatis illectos:cũ placito explere nõ poſſet:ĩ arma excitauit.quo acceſſit: ut mæſtã urbẽ prodigia dira terrerẽt. Nã ſub ortu ſolis globus ignis a regione ſeptẽtrionis cũ maxio cœli fragore emicuit.Apud Aretinos cũ panes ꝑ conuiuia frangerẽtur:cruor e mediis panibus: quaſi e uulneribus corporuꝫ fluxit. Præterea ꝑ ſeptẽ cõtinuos dies grãdo lapidũ ĩmiſtis ẽt teſtarꝫ fragmẽtis terrã

latissime uerberauit. In Sannitibus uastissimo hiatu terræ flamma ꝓrupit. & usque ī cœlū extēdi uisa ē. Cōplures præterea in itinere uidere Romani globus coloris aurei cœlo ad terrā deuolui. maiorēque factū rursus a terra in sublime ad orientē solē ferri. ac magnitudine sua ipsus solē obtexisse. Drusus tātis malis anxius domi suæ incerto qdē auctore interfectus ē. Igit Picentes & Vestini/ Marsi/ Peligni/ Marrucini/ Sānites/ & Lucani: cū adhuc occultā defectionem meditarentur: Gaiū Seruiū prætorē legatū ad se missum apud Asculū occide runt. statimq; clausa ciuitate omnes ciues Romanos indicta cæde iugularunt. Cōtinuo atrocissimā ꝓnicie infamissima præcessere ꝓdigia. Nāque omnium generū aialia: quæ manus hoīnū blāde perpeti: atq; inter hoies uiuere solita erāt: relictis stabulis/ pascuisque cū balatu/ hinnitu/ mugituq; miserabili ad siluas mō tesque fugerūt. Canes quoq; quoꝝ natura ē extra hoies eē non posse: lachrimo sis ululatibus uagi lupoꝝ ritu oberrarunt. Igitur Gneius Pōpeius prætor cū Pi cētibus iussu senatus bellū gessit. & uictus ē. Postq; sibi Sānites Papiū Mutiliū impatorē præfecerant: Marsi aūt Agamemnonē archipiratā præceptauerant: Iulius Cæsar Sānitū pugna uictus casso fugit exercitu. Rutilius cōsul Marium ꝓpinquū suū legatū sibi legit: quē assidue submonentē morā bello utilem fore: & paulisp in castris exerceri militē oportere tironē: dolo id eū agere ratus cōtem psit: seseque ī insidias Marsoꝝ. & uniuersus agmen exercitus sui icautus iniecit: ubi & ipse consul occisus & multi nobiles interfecti. & octo. M. Romanorum militū cæsa sunt. Arma & corpora interfectoꝝ in cōspectu Marii legati Telo nius Flauius ptulit. atq; ī testioniū cladis euexit. Marius raptis cōtinuo copiis uictores īsperatus oppressit. octo. M. & ipse Marsoꝝ iuterfecit. Cæpio autem a Vestinis & Marsis deductus ī insidias cū exercitu trucidatus ē. Iulius Cæsar postq; apud Esernia uictus aufugerat: cōtractis ūdiq; copiis aduersus Sānitas & Lucanos dimicans multa hostiū milia interfecit. Cūque ab exercitu īperator appellatus eēt: Romāque nūtios ꝓ adepta uictoria misisset: senatus sagū: hoc ē uestē mæroris: quā ex orto sociali bello sumpserat: hac spe arridente deposuit. atque ātiqū togæ decorē recuperauit. Marius deīde sex milia Marsoꝝ cecidit. septē. M. armis exuit. Sylla cū. xx. &. iiii. cohortibus Esernia missus: ubi artissi ma obsidione Romani ciues/ & milites premebātur: maxīo bello & pluria cæde hostiū urbē socioſque seruauit. Gneus Pōpeius Pigentes graui prælio fudit: qua uictoria senatus latos clauos & cætera dignitatis insignia recepit: cū togas tantūmodo de uictoria Cæsaris primū respirante supsisset. Porcius Cato prætor/ & Plotius legatus Hetruscos & Vmbros plurimo sanguīe īpenso difficillīo labore uicerunt. Gneio Pōpeio & Porcio Catone consulibus: Pompeius diu obsedit Asculū ciuitatē. nec tamen expugnauisset: nisi populū ī cāpū ꝓrūpētē grauissima oppssione uicisset. Decē & octo. M. Marsoꝝ ī ea pugna cū Frāco suo īperatore cæsa sunt. capta. iii. M. Quatuor. M. autez Italicorum uirorum

ex ea cæde ꝑfugoꝝ iugũ montis coacto in unuꝫ agmine forte conſcenderant: ubi oppreſſi exanimatiq̃ niuibus miſerabili morte riguerunt. Naq̃ ita attoniti timore boſtiũ: ut ſteterãt alii ſtipibus/uel ſaxis adhærentes. alii armis intentes ſuis: patentibus cuncti oculis: dentibuſque nudatis uiuẽtiũ in modũ uiſebantur. nec ullũ erat ꝑculſ ituentibus mortis ĩdiciũ: niſi diuturna ĩmobilitas: quã nullo mõ bumãæ uitæ uegetatio diu perpeti põt. Eadẽ die Picẽtes cõgreſſi. & uicti ſunt: quoꝝ dux Iudacilius cõuocatis pricipibus ſuis poſt magnificas epulas largaque pocula cunctos ad exẽplũ ſui ꝑuocans hauſto ueneno conſumptus eſt: cunctis factũ eius laudãtibus: ſed nemĩe ſubſequente. Anno ab urbe cõdita. dc. .lx.i. cũ ad obſidendos Sãnites Põpeius & Romanus iſſet exercitus: & Poſthumius Albinus uir cõſularis tunc Lucii Syllæ legatus intolerabili ſuperbia oiuꝫ in ſe militũ odia ſuſcitaſſet: lapidibus occiſus ẽ. Sylla conſul ciuilẽ cruoreꝫ non niſi ſanguine boſtili expiari poſſe teſtatus ẽ: cuius rei conſciẽtia ꝑmotus exercitus ita pugnã adorſus ẽ: ut ſibi unus quiſque pereũdũ uideret: niſi uiciſſet. Decẽ & octo Sãnitũ. M. illo prælio cæſa ſunt. Iuuentiũ quoq̃ Italicũ ducẽ & magnũ ipſius populũ perſecutus occidit. Porcius Cato cõſul Marianas copias habes: cũ aliquanta ſtrenue geſſiſſet: gloriatus ẽ: Gaiũ Mariũ non maiora feciſſe. & ob hoc cũ ad lacũ Fucinum cõtra Marſos bellũ gereret: a filio Gaii Marii in tumultu belli: quaſi ab incerto auctore ꝑſtratus eſt. Gaius Gabinus legatus in expugnatione boſtiliũ caſtroꝝ interfectus ẽ. Marrucini/ Veſtiniq̃ Sulpitio legato Põpeii perſequẽte uaſtati ſunt. Popedius & Obſidius Itali imperatores ab eodẽ Sulpitio apud flumẽ Tbeanũ borribili prælio oppreſſi. & occiſi ſunt. Põpeius Aſculũ ingreſſus præfectos & centuriones/ cunctoſque pricipes eorũ uirgis cecidit. ſecurique percuſſit. ſeruos/ prædãque omnẽ ſub haſta uendidit. reliquos liberos quidẽ: ſed nudos & egẽtes abire præcepit. Et cũ de hac præda opitulationẽ aliquã in uſum ſtipendii publici ſenatus fore ſperaret: nibil tamen ex ea Pompeius egenti ærario cõtulit. Nãque eodẽ tẽpore cũ pẽitus exbauſtũ eẽt ærariũ/ & ad ſtipẽdiũ frumenti deeſſet expenſa: loca publica: quæ ĩ circuitu Capitolii pontificibus/ auguribus/ decẽuiris/ & flamĩbus in poſſeſſionẽ tradita erant: cogente inopia uendita ſunt. & ſufficiẽs pecuniæ modus: qui ad tempus inopiæ ſubſidio eẽt: acceptus eſt. Equidẽ in ſinũ tũc ipſius ciuitatis euerſarum omniũ urbiũ nudatarumq̃ terraꝝ abraſæ undiq̃ opes cõgerebantur: cum ipſa Roma turpi adigente inopia præcipuas ſui partes auctionabatur. Quã ob rem cõſideret tunc tẽpora ſua: cũ quaſi inexplebilis uenter cuncta cõſumẽs: & ſemp eſuriens cũctis urbibus/ qua miſeras faciebat: ipſa miſerior nibil relinquẽs nibil habebat. & ſtimulo domeſticæ famis ad continuationẽ bellicæ inquietudinis trudebatur. Iiſdem temporibus rex Sotbimus cum magnis Thracuꝫ auxiliis Græciam ingreſſus cunctos Macedoniæ fines depopulatus eſt. Tandemque a Gaio Sentio prætore ſuperatus redire in ſuum regnum coactus eſt.

a nno ab urbe cōdita. dc. lxii. nō dū finito ſociali bello: Rōæ primū bellū ciuile cōmotū ē. eodēq; anno Mithridaticū bellū & ſi minus iſame: nō tamē minus graue cœptū ē. Eqdē de Mithridatici belli ſpatio uarie traditum ē: utrū abbinc cœperit: an tunc præcipue exarſerit: maxīe cū alii. xxx. alii. xl. annis geſtū ferant. Sed q̄uis iiſdem tēporibus geſta pplexis coaceruata malis exarſerint: a me tamē ſpeciatiꝫ: & ſi breuiter ſingula proferentur. Marius Sylla conſule contra Mithridatē ī Aſiā cū exercitu pfecturus in Cāpania tamē ppter ſocialis belli reliquias cōſiſtentes affectauit ſeptimū conſulatū. & bellū ſuſcipere Mithridaticū. Quo Sylla cognito īpatiēs reuera iuuenis: intēperataque ira pcitus cū. iiii. legionibus primū ante urbē cōſedit: ubi Gratidiū Marii legatū: q̄ſi primaꝫ uictimā belli ciuilis occidit. Mox urbē cū exercitu irrupit. faces ad inflāmandā urbem popoſcit. Omnibus metu abditis p ſacrā uiā cito agmine in foꝝ uenit. Marius cū pmouere nobilitatem/ inflāmare plebē / equeſtrē deinde ordineꝫ perarmare aduerſus Syllam fruſtra tētaſſet: poſtremo ſeruis ſpe libertatis/ & prædæ ad arma ſolicitatis: nec quicq̄ repugnare auſis tandē in Capitoliū conceſſit. Sed cū eo Syllanæ cohortes irruiſſent: magna ſuoꝝ cæde diffugit. Ibi tūc Sulpitius Marii collega ſeruo ſuo p/dente pſtratus ē. Seruū uero ipſum: quod hoſtē īdicauerat: manumiſit. quod uero dominū pdiderat: ſaxo Tarpeio deiici cōſules decreuerunt. Marius fugiēs cū perſequentū inſtantia circumſeptus eēt: in Minturnenſiū paludibus ſeſe abdidit: de q̄bus infeliciter luto oblitus: ignomioſeq̄ ptractus: turpi aūt ſpectaculo Minturnas deductus: contruſuſque in carcerē pcuſſorē ad ſe miſſuꝫ ſolo uultu exterruit. Deinde lapſus e uinculis in Aphricā tranſfugit. Solicitatoq̄ ex Vtica filio: ubi is cuſtodia obſeruatur: cōtinuo Romā regreſſus: Cinnæ cōſuli ſocietate ſceleꝝ cōiunctus ē. Igitur ad pfligandā uniuerſam rē publicā exercitū ſibi in quatuor partes diuiſerunt. Tres ſiqdē legiones Mario datæ. parti copiaruꝫ Gneus Carbo præpoſitus ē. partē Sertorius accepit: Ille ſcilicet Sertorius iaꝫ hinc ciuilis belli incentor & particeps: qui etiā hoc finito aliud poſt ī Hiſpania bellū excitauit: quod p multos ānos maximis Rōanoꝝ cladibus traxit. Cætera uero exercitus portio Cinnā ſecuta ē. Porro autē Gneus Pōpeius: qui a ſenatu cū exercitu accerſitus: ut rei publicæ opitularet: & diu ſeſe nouaꝝ reꝝ aucupatiōe ſuſpēderat: cōtemptus a Mario: uel Cina ad Octauiū cōſulem ſeſe cōtulit. & mox cū Sertorio cōflixit. Infelicem pugnā interuentus noctis diremit. Secenti ex utraq̄ parte milites trucidati ſunt. Poſtera die cū pmiſti corpora ad ſepulturā diſcernerent: miles Pōpeianus fratris ſui: queꝫ ipſe īterfecerat: corpus agnouit. In tranſcurſu enī utrinq̄ cognitionem uultus & galeæ cōſiderationem furor ademerat: quāuis paꝝ ſit culpæ circa ignorātiam: ut uideatur neſciſſe de

fratre:quod nō ambigitur ſciſſe de ciue. Itaq; victor victo infelicior:ubi & fratris corpus agnouit. & parricidiū ſuū execratus bella ciuilia ilico pectus ſuum gladio tranſuerberans: ſimulq; lachrimas & ſanguinē fundens ſup fraternū ſeſe cadauer abiecit. Et quid hoc ꝓfuit ad confuſionē crudelis icepti:quod in prio ſtatim bellorꝫ ciuiliū exordio ifamis fama percrebruit: cōcurriſſe ignaros qdē fratres:ſed conſcios ciues. petiiſſe fratrē ſcelere uictorē fratris occiſi ſpolia. ac mox tantæ imanitatis reū eodē gladio/atque eadem manu per ſuā necē parricidium:quod admiſerat:uindicaſſet? Nunquid in tātarꝫ anioſitate partiū tā triſte mouit exēplū? Nūquid apud quēquā periculū ſceleris repulit terror erroris? Nū quid hæc:quæ cōmunis ē etiā cū belluis pietas/& reuerētia naturæ:quod unus perimendo/ac pereundo cōmiſit: quod in ſe agi poſſet intremuit:ſeſeque ab huiuſmōi icepto cōſciētia uictus remouit? Quin potius annis fere. xl. cōſeqntibus i tātū cōtinuata ſunt bella ciuilia:ut magnitudo laudis appetēda ex magitudie ſceleris putaretur. Omnes enī poſt tale documentū in tali malicia parricidiorū pericula refugiſſent:niſi parricidia ipſa uoluiſſent. Igitur Marius coloniā Hoſtienſem ui ingreſſus oia ibi genera libidinis/auariciæ/& crudelitatis exercuit. Pōpeius fulmine afflatus interiit. exercitus uero eius peſtilētia correptus pene totus abſumptus ē. Nā. xi. M. uirorꝫ de caſtris Pompeii mortua. ſex. M. aut de parte Octauii conſulis ſubtracta ſunt. Marius Antiū & Ariciā ciuitates boſtiliter irrupit. cunctoſque in his præter ꝓditores interfecit. bona ſuis diripienda permiſit. Poſt Cinna cōſul cū legionibus & Marius cū fugitiuis urbē ingreſſi nobiliſſimos quoſque e ſenatu/& plurimos conſulares uiros interfecerunt. Sed quota hæc portio oſtentatæ miſeriæ ē: uno uerbo definiſſe cædē bonorꝫ: cuius fuit tanta numeroſitas/tāta diuturnitas/tanta crudelitas/tātaq; diuerſitas. Verū tamen æquius ē: me aliquid utilitatis ſubtraxiſſe cā: quā tātū horroris igeſſiſſe noticiæ: ſiue pitis hæc: ſiue imperitis obiiciant. De patria ſiquidē/de ciuibus/& de maioribus noſtris hæc loquimur: q his exagitati malis tam abominanda geſſerunt: de qbus etiā auditis poſteri ꝓhorreſcāt: qui ꝓfecto nolūt iſta nimiū exaggerari aut ſufficiētis noticiæ moderatione: ſi ſciunt: aut miſericordis reuerentiæ cōtēplatione: ſi neſciunt. Igitur Marius cū interfectorꝫ ciuium capita/illata cōuiuiis/oblata Capitolio/collocata roſtris ad ſpectaculū ornatūq; cōgereret: ac ſeptimū conſulatū cum Cinna tertium conſule peruaſiſſet: in exordio conſularis iperii ſera tādē morte præreptus ē. Cina bonorꝫ neces: malorꝫ cæde ſuppleuit. Nā cum introducta per Mariū fugitiuorꝫ manus iſatiabilis prædādi eſſet: nullāque partē auctoribus prædæ conſulibus miniſtraret: in forum quaſi ſtipēdii cauſa ſolicitata: militibuſque circūdata: iermis extīcta ē. Cæſa ſunt illa die in foro urbis octo. M. fugitiuorū: idēque Cinna quartus cōſul ab exercitu ſuo interfectus ē. Interea reſidui ſenatorꝫ: qui potentiam Cinnæ/& Marii crudelitatē/inſaniam Fimbriæ Sertoriique audaciam fuga euaſerant: trāſuecti in

Græciam coegere precibus Syllam: ut periclitanti: immo iam pene perditæ patriæ opem ferret. Igitur Sylla mox: ut Campanum litus attigit: Norbanus consulem prælio oppressit. Septem. M. tunc Romanorum Romāi interfecerunt. sex. M. eorundem ab iisdē capta sunt. c. xx. iiii. de Syllana parte ceciderūt. Fuluius uero Hadrianus: cui imperium pro prætore erat: regnum Aphricæ seruorum manu affectans a dominis eorum apud Vticam cōgestis sarmentis cum omni familia incensus est. Damasippus prætor incentore Mario consule Quintum Scæuolam, Gaium Carbonem, & Lucium Domitium, Publium Antistium: in curiam quasi ad consultandum uocatos crudelissime occidit. Corpora interfectorum per carnifices unco tracta: atque in Tyberim missa sunt. Eodem tēpore Syllæ duces plura prælia aduersus Marianas partes infelicissima felicitate gesserunt. Nam & Quintus Metellus Charinatis copias cecidit. & castra peruasit. & Gneus Pompeius Carbonis equitatū grauiter trucidauit. Syllæ etiam & Marii adolescentis maximum tunc prælium apud Sacriportum fuit: in quo de exercitu Marii cæsa sunt. xx. v. M. sicut Claudius scribit. Pōpeius Carbonem etiam castris exuit. fugientēque insecutus nunc cædendo: nunc ad deditionē cogendo plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbani agmē oppressit: ubi. ix. M. Marianæ partis occisa sunt. Lucullus cum a Quintio obsideretur: erupit. & repentina pugna obsessorem deleuit exercitum. Nam plus quā. x. M. ibi tunc cæsa referuntur. Sylla deinde cum Campanino Samnitum duce & Charinatis reliquis copiis ante ipsam urbem portāque collinā ad borā diei nonam signa contulit. grauissimoque prælio tandem uicit. Octogita milia hominum ibi fusa dicuntur. xi. M. sese dediderunt. reliquam multitudinem in fugam uersam insatiabilis uictorum ciuium ira consumpsit.

Sylla urbem intrauit, multosque interfecit & proscripsit. Cap. 19

Illa mox: ut urbem uictor intrauit: iiii. M. hominum: qui se per legatos dediderant: contra fas, cōtraque fidē datam inermes securosque interfecit. Plurimi tunc quoque: ut non dicaz innocentes: sed etiam ipsius Syllanæ partis occisi sunt: quos fuisse plus quā. ix. M. ferunt. ita libere per urbē cædes percussoribus passim uagantibus: ut quēque uel ira: uel præda solicitabat: agitabatur. Igitur cunctis iam: quod singuli timebant: aperta fronte timentibus: Quintus Catulus Syllæ dixit. Cū quibus tandē uicturi sumus: si in bello armatos: in pace inermes occidimus? tūc Sylla auctore Lucio Fursidio primipilari primus infamem illā tabulam proscriptiōis induxit.

Sylla dicturam adeptus est. Cap. 20

Prima proscriptio.l.xxx.M.hominũ fuit:in quibus .iiii. cõsulares
p erãt:Carbo/Marius/Norbanus/& Scipio:iter eosq̃ Sertorius tũc
maxime pertimescendus.Item alia cuz.d.nominibus proposita ẽ:
quam cũ Lollius quippe securus:nihilque sibi conscius legeret:ubi
suum repente nomen offendit: dũ se trepidus adoperto capite foro subtrahit:
interfectus est.sed ne in ipsis quidem tabulis fides ac finis malorum uidebatur.
Nanque alios:quos proscripserant: iugulabant.alios autem postquã iugulaue/
rant:proscribebant.nec ipsius mortis erat uia simplex: aut una condicio: ut in
nece ciuium saltem ius hostium seruaretur:qui nihil uictis:præter uitã exigũt.
Marcum Marium siquidem de caprili casa extractum uinciri Sylla iussit.du/
ctumque trans Tyberiz ad Luctaciorum sepulchrũ effossis oculis/mẽbrisque
minutatĩ desectis:uel etiã fractis trucidari.Post hunc Publius Lectorius sena
tor & Venuleius triũuir occisi. Marci Marii caput Prænestẽ missum:quo
uiso Gaius Marius ultĩa desperatione correptus: ubi a Lucrecio obsidebatur:
ne incideret in inimicorum manus cum Telesino mutua morte cõcurrit.Dũ
que uiolentius ipse in concurrentem manus adegit:circa suum uulnus manum
percutientis hebetauit.Ita eo ĩterfecto ipse leuiter uulneratus ceruicẽ seruo suo
præbuit. Charinatem prætorem Romanum Sylla iugulauit. Inde Prænestẽ
ꝑfectus omnes Mariãæ militiæ pricipes:hoc ẽ legatos/quæstores/præfectos/
& tribunos iussit occidi. Põpeius Carbonẽ a Cosiura insula ĩ Aegyptũ fugere
conantem in Siciliam ad se retractum & complures cũ eo socios eius occidit.
Sylla dictator creatus est:ut dominationis & crudelitatis libido honesti præ/
cipuique nominis reuerentia & armaretur & uelaretur. Põpeius in Aphricaz
trãsgressus eruptione circa Vticam facta.x.&.ix.M.hominuz interfecit: quo
bello Domitius dux Marianus:duz inter primores pugnat:occisus est. Idẽque
Pompeius Hiertam Numidiæ regem persecutus: fugientẽ ab Vgode boc/
chi Mauroruz regis filio spoliari omnibus copiis fecit: quem continuo Bullã
reuersus tradito sibi oppido interfecit.

Post bella ciuilia sonãtibus undique bellorꝝ fragoribus/iiii.bella exurrexisse.

Cap.21

Reatis itaque Publio Seruilio/& Oppio Claudio cõsulibus Luci
c us Sylla est tandem priuatus. Hoc fine concluſa sunt duo bella
funestissima sociale Italicum/& Syllanum ciuile.Hæc per annos
.x.tracta plus quaz .c.l.M.Romanorum consumpserunt.tantũq̃
lectissimorum uirorum uernaculorumque militum hoc ciuili bello Roma ꝑ
didit:quantũ in ea superiore tempore:cum se iã aduersum Alexandrũ Magnũ
circumspiceret:indiscretis ætatibus census inuenit. Præterea uiros consulares
.xx.iiii.prætores sex.ædilicios.lx. senatores fere.cc.absque inũeris totius Italiæ

populis:qui passim sine consideratione deleti sunt. Quod neget quisquã:si ualet: quin eodem damno suo uicerit Roma:quo amisit Italia.propudor. Nunquid nam & hic comparatione ambigua egent tempora? Immo uel maxime inquiunt. Nam quid tam apte:quam bellis ciuilibus bella ciuilia comparantur? An forte dicetur:etiam in his temporibus bella ciuilia non fuisse:quibus a nobis respondebitur. Iustius quidem socialia uocari oportere. sed nobis proficere:si ciuilia nominentur. Tunc enim causis uocabulisque ac studiis paria docẽtur oia: dum sibi in his tanto plus uindicat reuerentia christianæ religiõis:quãto mius præsumpserit ira uictoris. Nam cum plerũque improbi tyrani temere inuadẽtes rem publicam:usurpatoque regio statu Romani imperii corpus abrupint: atque ex eo bella uel per se iniusta importarint:uel ĩ se iusta cõmouerint: Britãnis/Galliisque populis erecti & instructi hæc bella q̃tũ externis proxima:tantũ lõginqua ciuibus:quid nisi socialia iure uocitentur: cũ ipsi Romani ne Sertorii quidem:aut Perpennæ:aut Crassi:aut Spartaci bella ciuilia uspiã nominarint? In tali ergo uel defectu:uel duellione sociorum minore nunc utique inuidia laboraret:si fortassis existeret uel grauis pugna:uel cruenta uictoria. Verũ tamẽ cum in hisce temporibus omnia plus necessitatis afferant: & minus pudoris: hoc est causa/pugna/uictoria: uel pro extinguenda insolentia tyrannorum: uel pro cohibendo sociorum defectu:uel pro inurẽdo ultionis exemplo:cui tandem dubium est:quanto nunc mitius:quantoque clemẽtius excitata:ut dicũt bella ciuilia geruntur immo reprimuntur. Quis enim unum ciuile bellum per decem annos his temporibus agitatum audierit? Quis uno bello.c.l.M.hominum:uel hostium ab hostibus:ut non dicam ciuium a ciuibus cæsa meminerit? Quis illam:quam explicare longum est:optimorum atque illustrium uirorum multitudinem trucidari in pace cognouerit. Postremo quis illas infames interfici endorum tabulas tenuerit? legerit? senserit? ac non potius omĩbus notum sit:una cũctos pace compositos/atque eadem salute securos uictos uictoresque pariter communi exultasse lætitia:ac etiam in tantis totius imperii Romãi ,puinciis/urbibus/ac populis uix paucos aliq̃do extitisse:quos iusta ultio iuito ẽt uictore damnarit? Et:ut uerbis uerba non onerem: non temere dixerim: tantam uel in bello saltem extinctam modo fuisse gregariorum militum manum:quanta tunc cæsa est in pace nobilium. Igitur Sylla mortuo Lepidus Marianæ partis assertor aduersus Catulum Syllanum ducem surgens rediuiuos bellorũ ciuiliũ cineres suscitauit. Bis tunc acie certatum est. Plurimi Romanorum iam ipsa paucitate miserorum:& adhuc illo furore insanientium cæsi sunt. Albanorum ciuitas obsidiõe oppugnata/atque excruciata fame.ultia miserabiliũ reliquiarũ deditione seruata est. Ibi tunc Scipio Lepidi filius captus atque occisus est. Brutus ĩ cisalpinam Galliam fugiens:persequente Pompeio/apud Regium interfectus est. Ita hoc bellum ciuile non magis clementia Catuli: quam tedio

Syllanæ crudelitatis:ut ignis in ſtipula : eadem celeritate:qua exarſit:euanuit. Anno ab urbe condita .dc.lxx. iii . ſonantibus undique bellorum fragoribus : quorum unū in Hiſpania erat:aliud in Pamphilia:in Macedonia tertiū:quartum in Dalmatia exanguis adhuc atque exhauſta inteſtina pernicie:tanquam febribus Romana res publica propulſare armis occidētis ſeptentrioniſque fortiſſimas gentes cogebatur. Sertorius ſiquidem uir dolo atque audacia potens : cum partium Marianarū fuiſſet Sylla fugiens ex Aphrica dilapſus in Hiſpaniam bellicoſiſſimas ferociſſimaſque gentes in arma ex armis excitauit . Aduerſus hunc:ut breuiter definiā:duo duces miſſi Metellus & Domitius: quorū Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cum exercitu oppreſſus eſt . Manilius proconſul e Gallia in Hiſpaniam cū tribus legionibus &.M.d.equitibus tranſgreſſus iniquam cum Hirtuleio pugnam conſeruit : A quo caſtris copiiſque nudatus in oppidum Hilerdam pene ſolus refugit. Metellus multis prælis tatigatus per deuia oberrans hoſtem mora fatigabat : donec Pompeii caſtris conſociaretur. Pompeius contracto apud Polentiam exercitu Lauronē ciuitatē:quā tunc Sertorius oppugnabat fruſtra conatus defendere/uictus aufugit. Sertorius ſuperato fugatoque Pompeio Lauronem captam cruentiſſime depopulatus eſt:reliquum agmen Lauronenſium: quod cædibus ſuperfuerat:miſerabiliter in Luſitaniam captiuitatem traduxit. Pompeium autē hoc eſt illū Romanorum ducem a ſe uictum fuiſſe gloriatus eſt:quem magna præditum fiducia ad hoc bellum non pro conſule .ſed pro conſulibus Roma miſiſſet. Fuiſſe tunc Pompeio.xxx.M.peditū &.M.equites Galba ſcribit. Sertorium aūt .lx.M.peditum.octo.M.equitum habuiſſe commemorat. Poſtea uero Hirtuleius cū Metello congreſſus apud Attalicam Bethycæ urbē .xx.M. militū perdidit. uictuſque in Luſitaniam cum paucis refugit . Pompeius Belgidam nobilem Celtiberiæ urbem cepit. Sertorius cum Pompeio deinde congreſſus .x.M. militum eius interfecit . Ex alio cornu uincente Pompeio tantundem pene ipſe perdidit. Multa inter eos præterea prælia geſta ſunt. Memmius quæſtor Pompeii idemque uir ſororis eius occiſus eſt. Hirtuleii fratres iterfecti. Perpenna:qui ſe Sertorio iūxerat / comminutus eſt. Poſtremo ipſe Sertorius .x.demū anno belli inchoati iiſdem/ quibus & Viriatus ſuorū dolis interfectus finem bello fecit. Romaniſque uictoriam ſine gloria dedit:quanuis Perpennaꝫ poſtea pars exercitus eius ſecuta ſit:qui a Pompeio uictus cū uniuerſo exercitu ſuo interfectus eſt. Ciuitatibus uero cunctis ultro ac ſine mora p̄ deditionē receptis duæ tantuꝫ reſtiterunt:hoc eſt Vximia & Caligurum:quarū VximiaꝫPompeius euertit. Caligurum Afrannius iugi obſidione confectam:atque ad iſames eſcas miſerāda inopia coactā ultio cæde incendioq̄ deleuit. Percuſſores Sertorii præmiuꝫ ne petendum quideꝫ a Romanis eſſe duxerunt:quippe qui

meminiſſent antea Viriati percuſſoribus denegatum. Et quanuis nullo tunc præmio patrauerint Romanam ſecuritatem: tamen fide fortis/ac uiribus ſem per Hiſpania: cum optimos iuictiſſimoſque reges rei publicæ dederit: nullum unquam tyrannorum ab initio uſque in hodiernum diem uel de ſe editum mi ſit: uel in ſe extrinſecus incurrentem uiuum: potentemue dimiſit.

De bello Macedonico. Cap. 22

Interea Macedonicum bellum Claudius ſortitus uarias gentes: i que Rhodopeiis montibus circumfuſæ ſunt: ac tunc Macedoniã crudeliſſime populabantur. naz inter cætera dictu audituque hor rida: quæ in captiuos agebant: raptis: cum poculo opus eſſet: Romanorum capitum oſſibus cruentis: capillatiſque adhuc: ac per interiores cauernas male effoſſo cerebro oblitis: auide/ac ſine horrore: tanquam ueris po/culis utebantur: quorum cruẽtiſſima atque immaniſſima corda ſciuerãt. Has itaque: ut dixi: Claudius Macedoniæ pellere finibus bello attentauit. magniſq; ſe malorum molibus obiecit: unde: cum animo æger eſſet curis circumſeptus: morbo inſuper correptus interiit. Huius ſucceſſor Scribonius attentarum ſu/periore bello gentium uim declinans in Dardaniam arma conuertit. eamque ſuperauit.

De ſuſcepto bello orientis. Cap. 23

Vblius uero Seruilius ex conſule Ciliciam & Pamphiliam cru/ p deliſſime adortus: dũ ſubdere ſtudet: pene deleuit. Lyciã & urbes eius obſeſſas: oppreſſaſque cepit. præterea Olympum montem peruagatus Phaſidem euertit. Corycum diruit. Tauri quoque montis latera in Ciliciam uergentia perſcrutatos Iſauros bello confractos in deditionem redegit. primuſque Romanorum per Taurum duxit exercitum. ac limitem itineris fecit. Triennio emenſo: quo bellum geſtum eſt: Iſaurici nomẽ aſſumpſit. Coſconius proconſul ſortitus Illyricum: protrita ſubactaque Dalmatia: Salonas urbem florentiſſimam poſt biennium tãdem expugnauit. & cepit.

Gladiatores Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugiſſe. Cap. 24

Anno ab urbe condita. dc. lxx. viiii. Lucullo & Caſſio cõſulibus gladia a tores. lx. iiii. Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugerunt: qui continuo ducibus Criſſo/& Inomao Gallis/& Spartbaco Thrace Veſuuiuz/

montem occupauerunt: unde erumpentes Clodii prætoris: qui eos obsidione cinxerat: castra expugnarunt. Ipsoque in fugam acto cuncta in prædam uerterunt. Inde per Consentiam & Metapontum circumducti ingentia breui agmina collegerunt. Nam Crisso. x. M. multitudo. Spartbaco autem triplex tunc numerus fuisse fertur. Inomaus enim iam superiore bello fuerat occisus. Itaque cum cædibus/incendiis/rapinis/stupris/que omnia miscerent: in exequiis matronæ captiuæ: quæ se dolore uiolati pudoris necauerat: munus gladiatorium ex. cccc. captiuis scilicet: qui spectandi fuerant: spectaturi: utpote lanistæ gladiatorum potius: quam militum principes ediderunt. Deinde consules Gelius/ & Lentulus aduersus eos cum exercitu missi: quorum Gelius Crissum acerrime pugnantem prælio oppressit. Lentulus a Spartbaco superatus aufugit. Post etiam collatis frustra ambo consules copiis accepta graui clade fugerunt. Debinc Gaium Cassium proconsulem idem Spartbacus oppressu; bello interfecit. Itaque exterrita ciuitate non minore propemodum metu: quam sub Hannibale circa portas fremente trepidauerat: senatus Crassum cũ legionibus consulum: nouoque supplemento militum misit. Is mox: ut fugitiuorum pugnam iniit: sex. M. eorum interfecit. dcccc. uero cepit. Inde prius quam ipsum Spartbacum ad caput Silari fluminis castra metantem bello aggrederetur: Gallos auxiliatores eius / Germanosque superauit: e quibus. xxx. milia hominum cum ipsis ducibus occidit. Nouissime uero ipsum Spartbacum disposita acie congressum: & maximas cum eo fugitiuorum copias perculit. Nam. lx. M. eorum cæsa. sex. M. capta referuntur. iii. M. ciuium Romanorum recepta sunt. Cæteri: qui ex hoc bello lapsi oberrabant: per cõplures duces frequenti indagine attriti sunt. At ego iterũ ac sæpius repeto. Nunquidnam & hic cõparatione aliqua egent tempora? Quis rogo audire non horreat. nõ dicam bella talia. sed uel nomina tanta belloæ / externa / seruilia / socialia/ciuilia / fugitiuorum: quæ nec sic saltem sese: ut commoti maris fluctus: quãuis molibus magnis sequntur: sed undique diuersis causis/uocabulis / formis / malisque excitata / coaceruataque concurrunt? ut e proximo repetam: & infame illud seruile præteream: Iugurthinum bellum non dum adhuc ab aphrico detonuerat. & iam Cimbricum a circio fulminabat. De Cimbricis illis nubibus adhuc fœdi uastique torrentes effusi sanguinis agebantur: & iam socialis belli nebulas in magna continuo malorum nubila coituras misera exbalabat Italia. Adhuc uero post infinitam crebramque Italici belli tempestatem discurri tuto per Italiam minime poterat. Ita omnes absque illis periculosissimis inimicarum urbium uoraginibus dissoluta ac lubrica pace titubabant. Iam sibi Marianum atque Syllanum Roma parturiebat excidium. & aliud e diuerso oriens/ atq; aquilo: hoc ẽ Mithridaticũ minabatur: quod quidẽ Mithridaticũ

minabatur a ſuperioribus cœptum: porro ī ulteriora porrigitur. De Mariana face rogus Syllanæ cladis accenſus eſt. de iſto rogo funeſtiſſimo Syllani & ciuilis belli per plurimas terrarum partes ardentes ſudes ſparſi ſunt. multaque incendia ex uno fomite diffuderunt. Nam Lepidus & Scipio in Italia. Brutus in Gallia. Domitius Cinnæ gener in Aphrica. Carbo in Coſſura / & Sicilia. Perpenna in Liguria. & poſt cum Sertorio in Hiſpania. omniumque atrociſſimus Sertorius in eadem Hiſpania. Hæc tunc ciuilia: uel quo alio dicenda ſunt nomine / bella excitantes: de uno multa: de minimo magna fecerunt abſque illis tribus uaſtiſſimis bellis: quæ tunc externa uocabantur: hoc eſt Pamphilico / Macedonico / atque Dalmatico: diſſimulato etiam magno illo Mithridatico longe omnium diuturniſſimo / infeſtiſſimo / ac formidoloſiſſimo: deinde adhuc Hiſpanienſi Sertoriano non dum finito: immo adhuc ipō uiuente Sertorio hoc fugitiuorum: & ut uerius dicam gladiatorum bellum inhorruit: iam non ſpectandum paucis: ſed ubique metuendum. Quod quia fugitiuorum bellum dicitur: nemini uile habeatur ex nomine. Sæpe in eo ſinguli / & aliquando ſimul cum agminibus fruſtra iunctis ambo conſules uicti ſunt. plurimique nobiles trucidati. ipſi autem fugitiui plus quam. c. M. fuere: qui cæſi ſunt. Ex quo admonemus: ut ipſa conſoletur ſe Italia de uexatione externoruꝫ præſentium per recordationē præteritoꝝ. exeatq̄ in ſe ipſaꝫ. nec putet ſe incomparabiliter crudelius dilacerari. Quam ob rem huic quinto uolumini iam finem fecerim: ut bella ciuilia externis ubique permiſta: uel quæ dicta ſunt: uel etiam quæ ſequuntur: quia ſic ſibi ſerie temporum & malis ſequacibus cohæſerunt: libri ſaltem termino ſeparentur.

QVINTI LIBRI FINIS.

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI IN SEXTVM HISTORIARVM LIBRVM PROLOGVS.

OMNES homines cuiuslibet uel sectae: uel patriæ: uel uitæ ita semper ad prospectum prudentiæ naturali bono eriguntur: ut oblectamẽto corporis rationale mẽtis: & si nõ actu præferant: iudicio tamen præferendum sciant: Quæ mens ratione duce illustrata in medio uirtutum: quibus genuino fauore quãuis uitiis inclinetur assurgit: scientiam dei quasi arcem prospicit. Deum enim quilibꝫ hominum ad tempus contemnere potest: nescire in totum nõ potest: Vnde quidam dũ in multis diis credunt: multos indiscreto timore finxerunt. Sed hinc iam uel maxime cum auctoritate ueritatis operãte: tunc etiã ipsa ratione discutiente discessum est. Quippe & philosophi eorum: ut de nostris sanctis sileam: dum intento mentis studio quærunt: scrutanturꝫ omnia: unum deum auctorem omnium reppererunt: ad quem unum omnia referuntur. Vnde etiam nunc pagani: quos iam declarata ueritas de cõtumacia magis: quam de ignorantia conuincit: cum a nobis discutiuntur: non se plures deos sequi: sed sub uno deo magno plures ministros uenerari fatent. Restat igitur de intelligẽtia ueri dei per multas itelligẽdi suspiciones confusa dissensio: qa de uno deo omniũ pene una opinio est. Hucusꝫ humana scrutatio: tã & si cum labore: patuit. at ubi ratiocinatio deficit: fides subuenit. Nisi enim crediderimus: nõ intelligemus. Ab ipso audias: ipsiꝫ deo credas: quod ueꝝ uelis scire de deo.

Hic dicit: quomõ deus ex nihilo fecit imperiũ romanũ idest ex pastoribus.

Cap. 1

Taqꝫ idem unus & uerus deus: in quem omnis: ut diximus: & si ex diuersis opiniõibus secta cõcurrit: mutãs regna: & disponẽs tẽpora: peccata quoqꝫ puniens: quæ infirma sunt mundi elegit: ut cõfundat fortia. romanumqꝫ imperium assumpto pastore pauperrimi status fundauit. Hoc per reges & consules diu prouectũ postquam Asiæ Aphricæ atqꝫ Europæ potitũ est: ad unum imperatorẽ: eundẽqꝫ fortissimũ cuncta sui ordinatione cõgessit. Sub hoc imperatore: quẽ omnes fere gentes amore & timore permisto iuste honorarent: deus uerus: qui superstitione sollicita ab ignorantibus colebatur: magnũ illũ intelligẽtiæ suæ fontem aperuit. ꝓmptiusqꝫ per hominẽ docturus homines: filium suum misit: operãtem uirtutes: quæ præcellerẽt hominẽ: coarguentẽqꝫ dæmonas. quos aliqui deos putauissent: ut quia ipsi tanq̃ homini nõ credidissent: opibus tanq̃ dei crederent: deinde ut in magno silentio: ac pace latissima inoffense & celeriter noui nominis gloria: & ãnunciatæ salutis uelox fama percurreret: uel

etiã:ut discipulis eius per diuersas gentes euntibus:ultroq; per cunctos salutis dona offerẽtibus:obeũdi ac disserẽdi quippe cum romanis ciuibus:ĩter ciues romanos essẽ& tuta libertas. Quod ideo commemorandum putaui:quia hic sextus libellus usq; ad cæsarẽ augustũ:de quo hæc dicũtur:extẽditur. Quod si aliqui hanc lucidissimam rationem irritã putant:suisq; diis potius assignãt: quos primum prudentia elegerint:dein præcipuo cultu inuitarint:ut sibi per eos amplissimũ hoc pulcherrimumq; imperium cõderetur. Sic enĩ iactitãt: quod ipsi optimo genere sacrorũ meruerint præcipuũ deorũ fauorem:quibus ademptis:uel prætermissis discesserint omnes adytis arisq; relictis dii:quibus imperium hoc steterat. Vnde q̃uis reuerẽtia sanctitatis tuæ multa fortissime uerissimeq; disseruerit:tamẽ& mihi locus exigit:ut pauca subiitiã. Si romani colendo deos emeruerũt fauorem deorum:& non colendo amiserunt:ut ipse Romulus parens Romæ inter tot mala ab ipso ortu suo ingruẽtia saluus ẽet: colendo quis meruit? An Amulius auus:qui eũ exposuit ad necem? An pater: qui incertus fuit? An Rhea mater stupri rea? An albani parentes:ipsa quoq; ab initio romani nominis germina persequẽtes? An tota italia:quæ per. cccc. annos dum audere potuit:excidio eius inhiauit? Non inquiũt. sed dii ipsi:quia se colendos sciebant:futuros custodiere cultores. Ergo præscii sunt. Si ergo præscii sunt:cur hoc imperium ĩter tot annorum secula eo potissimũ: tẽpore ad summam potentiæ arcem perduxerunt:quo ille nasci inter homines atq; agnosci:ut homo uoluit:post cuius nomen& ipsi pro nihilo cõtempti sunt. & cũ uniuerso mũdo etiã illi:quos ipsi puexerãt: cucurrerunt? Sed humiliter obrepsit inquiunt. & latenter intrauit. Latentis& humilis unde tam celebris fama? tã indubitata fides? tã manifesta potentia? signis quibusdã& uirtutibus mentes hominum superstitione sollicitas cœpit& tenuit? Ad hæc si potuit hõ:dii magis posse debuerũt. An quia ille hanc potentiã a patre sibi traditã prædicabat: peruẽtum est aliquãdo ad intelligentiam illius noti& ignoti dei: q̃ apprehendere:ut dixi:nemo:nisi per ipsũ potest? Nec quisq̃ potest:nisi qui toto se despecto:ac perspecto conuersus ad sapientiam dei omnem quærendi ratiocinationem transtulerit ad credẽdi fidẽ. Veruntamen breuiter discutio. Dii isti:quos tantos ferunt ut romanam rem publicam& propicii puexisse: & aduersi afflixisse uideantur:eo certe tẽpore:quod palam constat:quo nasci christũs uoluit:& annuntiari gentibus cœpit: deuotissime atq; intentissime colebant? Ita illi consulentes& sibi& cultoribus suis:non potuerũt repellere. uel reprimere supstitionẽ eius propter q̃ spernẽdos se cultoresq; suos destituẽ dos uiderent:q̃q̃ si ab inuitis danda uenia:nec desperandi fuerũt. si a uolũtariis seruanda præscientia. nec prius fuerãt adiuuandi. Hoc factum est iniquiunt. Nam excitauimus gentes. accendimus reges. instituimus leges. disposuimus iudices. præparauimus pœnas suppliciis& crucibus:orbem totum scrutati

sumus:si quo modo tandem christianum nomen & cultus de uniuerso mũdo posset abradi. Hoc eatenus est factum:donec fœcunda credulitas eousq; iter tormenta ac per tormenta proficeret:quandiu ipsum regium culmẽ p quod solum ꝓhiberi potuerat:occuparet. Et quid postea cõsecutũ est? Impatores inquiunt christiani cessare sacra:et claudi templa iusserũt:atq; ideo excessere omnes adytis ariscq; relictis dii:quibus imperium hoc steterat. O quanta & quam inoffensa lux ueritatis est:si nõ aduersus eam ultro sese offerentẽ ibecilli infeliciter oculi clauderentur. Si christiana fides per multa retro tempora sæuiẽtibus undiq; aduersum se gẽtibus. regibus. legibus. cædibus. cruciatibus. ac mortibus reprimi nullo modo potuit. immo ut dixi inter hæc & per hæc creuit:cultus autem idolorum iã quodãmodo ex se deficiens ac sibi erubescẽs ad unam clementissimam iussionẽ sine ullo pœnali terrore cessauit:cui dubiũ est hoc per istius intelligentie demonstrationem de creatore suo tandem in notuisse creaturæ quẽ illa eatenus p uarias ratiocinatiões mentis itẽtæ q̃libet aliis offuscata quæsierit:ac per hoc statim amori eius quem etiam ignorans dilexerat:inhæsisse? Nec igitur mirum est:si in magna familia iueniuntur aliq; serui:qui consuetudine:lasciuiaq; seductorum assuefacti patientia domini sui ad contẽptũ ipsius abutantur:unde & merito deus uel ingratos:uel icredulos: uel etiam contumaces uariis correptionibus arguit. Quod semper utique fatendum est. tunc tamen præcipue:quando adhuc per uniuersum mundũ nulla erat ecclesia:quæ interuentu fidelium præcum meritas mundi pœnas: iustumque iudiciũ dei exorata ip ius clemẽtia temperarẽt. Vnde etiã hæc: quæ mala hominibus uidentur qualiacumquæ sint grauiora sine dubio omia fuerũt:sicut ipso ordine:quo cœpta sunt probabuntur. Bellum mithridaticũ: uel:ut uerius dicam:belli mithridatici clades multas secum iuoluẽs prouicias tracta & protenta per. xl. annos fuit. Nam. dc. lxi. ut dixi anno ab urbe cõdita: quo etiam primum ciuile bellum cœperat iardescere:cõsulatu uero Ciceroĩs & Antonii:ut uerbis poete optimi loquar:barbarico uix consummata ueneno est. Sed in his temporibus. xxx. gerendi belli inueniuntur anni:qualiter autem xl. a plerisque dicti sint:non facile discernitur.

Hic dicit de Mithridate rege Ponti atque Armeniæ. Cap. 2

Gitur Mithridates rex Ponti atq; Armeniæ postq̃ Nicomedẽ Bithyniæ regem: amicũ populi romani regno priuare molitus est:atque a senatu monitus:si facere tẽtaret bellum sibi a populo romano inferendum fore:iratus Cappadociam cõtinuo ꝓuasit. atque expulso ab ea Ariobarzane rege cunctam prouinciam igni ferroque uastauit. Bithyniam deinde pari clade corripuit Paphlagoniam simili exitu

afflixit: pulsis ex ea Philomene: & Nicomede regibus. Post cum uenisset Ephesum: crudeli præcepit edicto: ut per totam Asiam: quicũq; inuenti ẽent ciues romani sub una die oẽs necarẽtur. & factũ ẽ. Nec explicari: aut cõphẽdi ullo modo uerbis potest: quæ tũc multitudo romanorum ciuium cæsa sit: quis mœror plurimarũ prouinciarum: quis gemitus occidẽdorũ pariter atq; occidentium fuerit: cum singuli quique aut prodere innocentes hospites & amicos: aut ipsi periclitari pœna hospitum cogerentur. Archelaus quoque dux Mithridatis cum. cxx. M. peditum atque equitum in Achaiã præmissus Athenas cũctamque græciam partim ui: partim deditiõe obtinuit. Sylla cui post consulatum mithridaticũ bellum obuenerat: Archealum apud Pyræũ Athenienſiũ portũ septemplici muro cõmunitum: diu obsedit. Ipsam Athenienſium urbem ui cepit: ac postea iusto prælio cum Archelao cõflixit. Cẽtũ &. x. de exercitu Archelai interfecta. uix. x. M. superfuisse referuntur. Cõpta clade Mithridates lectissima. lxx. M. militũ Archelao in subsidium misit ex Asia. Secundo prælio ex his. l. M. interfecta sunt. ibique Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello omnes copiæ: quas Archelaus habebat extinctæ sunt. Nam. xxM. militũ eius in paludem pulsa cũ Syllæ fidẽ iplorarẽt: ĩsatiabili uictoris ira ĩterfecta sunt: totidẽq; alia ĩ flumẽ coacta ac necata. reliq; miserorũ passim trucidati sunt. Porro aũt Mithridates ĩ Asia nobilissimarũ urbiũ principes occidere: bonaque eorum publicare animo intẽderat. Cũque iam. M d c. ita interfecissẽt: Ephesii exemplum uerentes excluso præsidio ei portas obiecerũt. Similiter Smyrnæi. Sardi. Colophonii. Trallianiq; fecerũt. Perturbatus Mithridates per Archelaum ducem suum cum Sylla de pace pepigit. Interea Fimbria Marianorũ scelerum satelles hõ omniũ audacissimus Flaccum consulẽ: cui legatus ierat apud Nicomediã occidit: ac mox arrepto exercitu Mithridatis filium ex Asia ad Miletopolim fugans stationem regis iuadit. ipsumque Pergamo pellit. fugientẽque insecutus apud Pitanã obsedit: & profecto cepisset: si Lucius Lucullus ciuilibus discordiis curã rei publicæ ptulisset. Cũq; eũ mari coartare obiecta classe uoluisset: ab Ilienſibus repulsus ẽ. Inde Fimbria Iliẽsibus iratus: a quibus pro Syllanæ partis studio obiectu portarũ repulsus uidebatur: ipsam urbẽ Iliũ antiq; illã Romæ parẽtẽ fũditus cæde ĩcendioque deleuit. sed eam Sylla continuo reformauit. Idem Fimbria apud Thiatyram cum ab exercitu Syllæ obsideretur: desperatione adactus: in tẽplo Aesculapii manu sua interfectus est. Fannius & Magnus de exercitu Fimbriæ profugi Mithridati sese adiũxerunt: quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hispaniã missos: fœdus pepigit. Sertorius uero ad eum Marcum Marium firmandi fœderis causa misit: Quem rex apud se retentum breui ducem fecit in locum Archelai: qui se ad Syllam cum uxore liberisque contulerat. Marius & Eumachus duces a Mithridate aduersus

Lucillum missi: magno exercitu breui cõgregato cum Publio Rutilio apud Chalcedoniam cõgressi sunt.eumque cũ plurima exercitus ipsius parte cæciderunt.Lucullus Mithridatem Cyzicenos obsidentem fossa cinxit.eũque quod faciebat:pati compulit.atque ad ipsos Cyzicenos: ut bono animo ẽent nuntium misit unum ex militibus nandi peritum:q duobus utribus suspensus medius ipse regulam tenens plantisque subremigans septem.M.passuũ transmeauit. Mithridates inopia laborans partem copiarum instructam armis domum abire præcepit: quam Lucullus excipiẽs uniuersam disperdit. Nam amplius.x v. M.hominum tunc ĩterfeciſſe narratur: Tunc etiam Fannius: qui se Mithridati iunxerat: & Metophanes regius prætor a Mamerco uicti cum duobus:M.equitum in Mœsiam profugerunt.Atque ĩde in Niconiam digressi in colles camposque & in eremos inciderunt: ubi non solum montes usti: uel saxa:quasi quadam fuligine offuscata cernũtur:uerum etiam campi ambusto solo squalidi per.l.passuum.sine ullo ignis: uel fornacis ĩdicio & pẽdulo in profundum cinere putres iacẽt. Tribus etiam locis torridæ uoragines ostenduntur:quas græci physas uocant: In quibus diu oberrantes inopinatis tandem periculis exempti sunt:& clam in regis castra uenerunt. Deiotarus rex Gallogræciæ præfectos regis bello trucidauit. Interea Mithridates apud Cyzicum eadem mora:qua obsidebat:obsessus in magnam penuriã pestilenti amque exercitum suum coartauit.Nam plus quam.ccc.M.hominum fame & morbo in eadem obsidione amisisse fertur:ipse cũ paucis arrepta naui clam fugit e castris.Lucullus ĩ cruẽto milite spectator cladis alienæ nouum genus uictoriæ adeptus est.moxque Marium adortus uicit: atque fugauit.In quo prælio plus quam.xi.M.Marianorũ militum interfecta referũtur. Lucullus postea cũ eodẽ Mario nauali p̃lio congressus.xxx.&.v.naues regias & cõplures onerarias aut demersit aut cepit.Multi ibi ex his quos Sylla ꝓscripserat: ĩterempti sunt.Marius postera die de spelunca:ubi latebat extractus:imeritas hostilis animi pœnas luit.Eodem uero Lucullus ĩpetu Apameam uastauit. & sub monte Olympo prius Athan minutissimã ciuitatẽ captã expugnatãq; diripuit. Mithridates aduersus Byzãtium instructa classe nauigãs tẽpestate correptus.lxxx.rostratas naues perdidit.Ipse cũ quassata iã naui mergeret: in Myoparonem Seleuci piratæ:ipso pirata iuuante transiluit:Inde Sinopen: ac postea Myson cum magna difficultate peruenit.

Hic dicit de Catilina:ubi de incesto accusatus est. Cap.3

Eodem anno apud Romam Catilina incesti accusatus: quod cum Fabia uirgĩe uestali stuprũ cõmisisse arguebatur:Catuli gratia fultus euasit.Lucullus Sinopẽ expugnaturus obsederat.Hãc Seleucus

archipirata & Leocares ſpado: q̃ præſidii cā præerat: expoliatam atq; īcenſam reliquerūt. Lucullus miſerorum hoſtium inteſtina clade permotus celeri occurſu immiſſum reſtrinxit incendium. Ita miſera ciuitas uerſa uice hoſtium ſociorumque: unde defendenda: diſperdita. & unde diſpdenda ſeruata eſt. At uero Marcus Lucullus q̃ Curiōi ī Macedonia ſucceſſerat: totā Beſſaꝝ gentē bello appetitam ī deditiōem recepit. Eodem tēpore Metellus prætor Siciliæ cum foediſſima illa Gaii Verris prætura Siciliā afflictam inueniſſet: maxīe Pergamenone archipirata nefariis p̄dis & cædibus dilacerante: q̃ pulſa claſſe romana ſyracuſanum portum obtinuerat: mox eum nauali terreſtrique p̄lio cōminutū Sicilia decedere cōpulit. Præterea Lucullus trāſgreſſus Euphratē & Tigrī apud Tigranocertam urbē cum Mithridate & Tigrane cōgreſſus: paruiſſima ſuorum manu magnum hoſtium numerum occidit. Nā. xxx. M. hominum in eo bello cæſa referuntur. Tigranes uix. cl. equitibus comitatus aufugit: diademate & tiara: ne agnoſceretur: abiectis. Tunc ad Lucullū totius pene orientis ſupplices uenere legati. Imminente hyeme per Armeniā in Meſepotamiā regreſſus Niſibin urbē illis ī locis tūc inclytā expugnauit & cepit.

Hic dicit: ubi per omnia maria piratæ ſe diffuderunt. Cap. 4

Iſdem diebus piratæ per omnia ſparſi maria etiam non tantum
ī intercipientes nauium cōmeatus: ſed etiam inſulas prouinciaſque uaſtātes īpunitate ſceleris. & auiditate prædæ uulgo ſeſe aſſociātes in īmēſum augebātur. Quos Gnæius Pompeius poſt multā quidem uaſtationem: quam terra marique diu egerant: mira tandē celeritate compreſſit. Eodem tempore Cretam inſulam per biēnium Metellus euertit. diuturnoque bello domitam in poteſtatem redegit: legeſque Minois romanis legibus permutauit: Pompeius poſtea ſucceſſor Luculli in minore Armenia iuxta montem Daſtrachū caſtra regis obſidione concluſit. Rex cū omnibus copiis eruptione per noctē facta īſuper etiā p̄ſequentes bello repellere ſtatuit. Pompeius fugiētes perſequi intēdit. Itaque bellum nocte cōmiſſum ē. Luna tunc orta a tergo romanis erat. Regii longitudine umbrarum proximitatem hoſtium rati cuncta in irritum tela fuderunt. Romani ueluti inermes poſtea aggreſſi ſine labore uicerunt. Nanque de exercitu regio. xl. M. cæſa: uel capta ſunt: romani uulnerati. M. uix autē. xl. interfecti. Rex ĩter tumultus belli fuga lapſus adiutus etiam beneficio ſub luſtris noctis euaſit. relictuſq; ab omnibus amicis philoſophis: ſcriptoribus rerum: uel carminū ac medicis ſolus p̄ deuia equū manu trahens. atque ad omnes nocturnos ſtrepitus trepidās ī quoddā caſtellum diuertit. atque inde in Armeniā perrexit. Pōpeius regē īſecuturus inter duo flumina: quæ ab uno monte diuerſis ſpecubus exoriuntur: hoc eſt

Euphratem & Araxem urbem Nicopolim senibus lixis & ægris uolentibus condidit. Oranti Tigrani ueniam dedit. Exercitum Hærodis albanorꝝ regis præfectosque eius ter prælio uicit: Postea epistolas Hærodis & munera cum Albanis ĩstauranda libenter accepit. Artacem regem Iberiæ bello fudit: totã que Iberiã ĩ deditionẽ accepit: Inde cum Armeniam. Colchos. Cappadociã. & Syriam ordinatis rebus composuisset: promouens de ponto in Parthiam ad Hecbatanã urbem caput Parthici regni. l. die uenit. In Bosporo Mithridate cerealia sacra celebrante terræ motus adeo grauis repente exortus ẽ: ut magna clades ex eo urbiũ atqꝫ agrorꝫ secuta narretur. Eodẽ tempore Castor Mithridatis præfectus: qui Panagorio præerat: interfectis amicis regis arcẽ occupauit: &. iiii. Mithridatis filios ad præsidia romana trãsmisit. Mithridates accensus ira in scelera exarsit. Nã complures tũc amicos suos & Exipodrũ filium suum interfecit: cum antea iam alium Homocharem parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum se missum sibi conciliauit. & mox aduersus patrem duxit.

Hic dicit de fine uel exitu Mithridatis. Cap. 5

Mithridates diu ex altissimo muro filium precatus: ubi ĩexorabilẽ uidit: moriturus exclamasse fertur. Quoniam Pharnaces inquit me mori iubet: uos si estis dii patrii: precor ut quandoque & ipse hanc uocem a liberis suis audiat. Statimque descẽdẽs ad uxores. pellices. ac filias suas uenenum omnibus dedit: Quod cũ ipse nouissimus hausisset: nec tamẽ propter remedia: qbus uitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat: ueneno confici posset: frustraque spatiaretur: si quo tandẽ modo infusa pestis per uenas uegetatione corporis acti discurreret: gallum quendam militem iam fracto muro discurrentem ĩuitauit. eiqꝫ iugulum præbuit. Hũc exitũ Mithridates habuit uitæ. nobisque sententiæ suæ fortissimũ argumẽtũ reliquit: homo omnium: ut fertur: superstitiosissimus: annos natus. lxxv. habẽs secum semp philosophos: omniumque artium peritissimos. Si estis inquit dii patrii. Ita ille diu colendo ac diu quærendo persenserat: hos nõ ẽe certos deos: qui esse putabantur. Rex multæ experientiæ atque æuo grauis uerum deũ: ad cuius noticiam non nisi auditu per fidem uenitur: non intelligebat. hos autem falsos esse rationis ipsius luce præuiderat: aliud consuetudini: aliud menti suæ tribuens. Si estis inquit dii. Hoc dicere ẽ. ego sentiens super hominẽ ẽe potẽtiorem ipso homine potestate precandi necessitate motus commendo diligentiam. & excuso ignorantiam meam. Inuoco: qui est: dum conuenio: q non est. Quapropter cum dolore & timore considerandum: qua pœna: quoue iudicio digni erunt: qui contra interdictum iam propalatæ & publicæ ueritatis

eos ſectantur & colunt deos: de quibus etiam illi iam tunc dubitare poterat: qui adhuc præter eoſdem ſcire nihil poterant. Verūtamen breuiter conſulo: qualia tunc toto orienti tempora uidebantur: cum per .xl. ānos miſeræ nationes alternis tantorū ducum uaſtationibus terebātur. Cū quæque ciuitas tantis concurſibus media ineuitabiliter periclitabatur: inde accenſura alterum: unde alterum temperaſſet. hoc mox habitura ſupplicii: quod remedii ad tēpus habuiſſet: cum trepide diuerſarū prouinciarū legatiōes inter ſuccedētes romanorū duces & truculentiorem noticiam Mithridatem alternis ad utrūq; put quēq; ſors belli attollebat: & incertis ſatiſfactionibus tranſferebātur: augēdo pricula quæ ſanabant. Nunc quid cōtinuo Pōpeius homo romanorū moderatiſſimus p plurimas partes oriētis finito Mithridatico bello egerit: paucis proferam.

De Pōpeio dicit: q cū audiſſet mortuū Mithridatē multa fecit bella i oriēte.

Cap. 6

a Nno ab urbe condita .dcc .lxxxxix. Marco Tullio Cicerone & Gaio Antonio conſulibus: Pompeius occiſi Mithridatis nuntio accepto Syriam & Phœnicem bello aggreſſus Ithyreos primū Arabaſq; perdomuit. urbēque eorū quā Petrā noiant: cepit. Hic ad Iudæos quibus Ariſtobolus expulſo fratre Hyrcano primus ex ſacerdote rex præerat: atque ad Hieroſolymā urbē eorū Gabiniū cum exercitu mittit. Ipſe continuo ſubſecutus: & a patribus urbe ſuſceptus: ſed a plebe muro templi repulſus expugnationem eius intendit. Id non ſolum natura loci: uerumetiam ingenti muro foſſaque maxima munitum: cū alias aliis legiones dies noctesq; ſuccedere ſine requie cogeret: uix tertio menſe expugnauit. Tredecim. M. ibi Iudæorū cæſa narrantur. cætera multitudo in fidem uenit. Pompeius muros ciuitatis euerti: æquarique ſolo imperauit. & cum aliquantos Iudæorū ſecuri percuſſiſſet: Hyrcanum ſacerdotio reſtituit. Ariſtobolū captiuum Romam duxit. Hoc bellum oriētis cum .xx. & duobus regibus ſeſe geſſiſſe ipe Pōpeius pro concione narrauit. Interea coniuratio Catilinæ aduerſus patriā p eoſdem dies i urbe habita ac prodita: in Hetruria uero ciuili bello extincta eſt. Romæ uero conſcii coniurationis occiſi ſunt. Sed hāc hiſtoriam agente Cicerone & deſcribente Saluſtio ſatis omnibus notā: nunc a nobis breuiter fuiſſe pſtricta ſat eſt. Motus etiam in Pelignis ortus a Marcellis patre & filio per Lucium Vectium proditus: patefacta Catilinæ cōiuratione quaſi ſucciſa radice compreſſus eſt: & de utroque per Bibulum in Pelignis: per Ciceronem in Brutiis uindicatum eſt.

Hic dicit de Helueciorū gente fortiſſima: & gētibus Galloum: cum quibus pugnauit Cæſar & uicit.

Cap. 7

a Nno ab urbe cõdita. dc.lxxxxiii. Gaio Cæsare & Lucio Bibulo cõsulibus lege uatinia Cæsari tres prouiciæ cum legiõibus septẽ in quinquennium datæ:Gallia Transalpina & Illyricum. Galliã Comata postea senatus adiecit. Hanc historiã Suetonius Trã/quillus plenissime explicuit: cuius nos cõpetentes portiunculas decerpsimus. Helueciorum animos fortissimæ Gallorum omnium gentis ea uel maxima causa:quod perpetuo pene cum Germanis bello altercabãtur:a qbus Rheno tantũ flumine dirimuntur:Orgentorix quidã princeps gentis spe totas inuadẽdi Gallias ĩ arma accẽderat:Quo cæteri optimates correpto:& ad mortẽ coacto cohibere tamen semel aĩatas in prædam plebes nequiuerunt:Qui coniuratione facta ac die dicta exustis uicis ac domibus suis:ne quod desiderium ex spe reuertendi foret:profecti sunt. Quos cũ apud Rhodanum flumen obuios Cæsar habuisset: magno difficilique bello bis uicit.uictosq; ad deditionẽ cõgit. Horum fuit:cũ primũ progressa est omnis multitudo: Helueciorũ. Turingorum.& Baiorum utriusque sexus ad.clvii.M.hominũ:Ex his.xlvii. M. in bello ceciderunt.cætera in terras proprias remissa sunt. Postea Cæsar contra Ariouistum regẽ excitantẽ inuebentemque secum incredibiles Germanorum copias:quibus nuper uniuersos Galliarũ populos subegisse iactabat: apud Sequanos uicit. Cum autem diu exercitus Cæsaris Germanoꝝ multitudine & uirtute perterritus pugnam detrectasset: Ariouistus in Germaniã arrepta nauicula Rhenum transuectus effugit. uxores uero eius duæ totidẽq; filiæ captæ sunt.Fuerunt autem ĩ exercitu Ariouisti Arudes.Marcomanes. Triboci.Vangiones.Nemetes. Edures. & Sueui.Pugna maxime grauis ex phalange Germanorum fuit: quã coacto in unũ agmine:scutisq; supra capita contextis ad irrũpendam Romanorum aciem tuti undique præstruxerant. Sed postquam aliqui Romanorũ militum agilitate audaciaque ĩsignes supra obductam saliere testudinem:scutisque sigillatim uelut squãmis reuulsis desup nudos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt. territi hostes nouo mortis periculo terribilem dissoluere compagem. Exinde in fugã uersi per.l.M.passuum insatiabiliter cæsi sunt.neque coniici numerus potuit Germanorum:uel quantus fuerit occisorum. Post hæc Belgarũ gens:quæ tertia pars Galliarum est:aduersus Cæsarem exarsit:Quoꝝ distributim copia hæc fuit.Bellouagi:q cæteris numero & uirtute præstare uidẽtur: habuere lectissima.lx. M.armatorum.Suessones ex.xii.oppidis.l.M.Nerui:quorũ adeo indomita feritas prædicabatur:ut nũquam in id temporis mercatores ad se admiserint:uina cæteraque uenalia deferre:quibus inducta iocunditas torporem uirtutis afferret:habuerũt similiter.l.M.Atrabites etiam & Ambiani.x.M. Morini.xxv.M.Menapi.ix.M.Caleti.x.M. Velocasses & Veromãdui æque x.M.Atuatici.x.&.ix.M. Condrusi Eburones. Cercesi.Cenomani: qui uno

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

nomine Germani uocãtur.xl.M.& ita fuiſſe referuntur.cc.lxxxv.M. armatorum lectiſſima.His repente ſilua erũpentibus exercitus Cæſaris pturbatus: atque ĩ fugam actus plurimis ſuorum amiſſis tandem hortatu ducis reſtitit: uictoreſque aggreſſus uſq̃ ad ĩternitionem pene deleuit. Igitur Cæſar magnis in Gallia rebus geſtis: cũ ĩ Italiã proficiſci decreuiſſet: Galliam cum legione xii.ad Veragrados Edunoſque miſit.Qui cum hyemãdi cauſa in uico Veragradorum: cui nomen erat Octodorus cõſediſſet:mediamque oppidi partẽ: quæ torrente diuidebatur:accolis conceſſiſſet:quadã die eoſdem diſceſſiſſe p noctem ac proximo inſediſſe colli uidet. Quippe illi paucitatem uix mediæ legionis deſpectui habentes: ultroneam ſibi prædam nullo ceſſurã negotio arbitrabantur:finitimoſque ſuos in banc cædis ac prædæ ſocietatẽ uocauerunt. Igitur Galba tam præſentibus periculis circũſepto ac trepido ĩter uarias cõſultationes certi conſilii incerto repente Galli deſcenſu montis effuſi ea caſtra imperfecta circũdant.raroſque per uallum propugnatores ſaxis teliſq̃ onerãt. Cũq̃ iã caſtra irrumperentur:Pacuuii primipilaris & Voluſeni tribuni cõſilio cuncti Romani portas erupunt: incautoſque ſubito aggreſſi hoſtes primum perturbauerunt.deinde in fugam uerſos miſerabili ſtrage fuderũt. Nã ãplius quam.xxx.M.barbarorum tunc cæſa referuntur.Igitur Cæſar cũ iã pacatas uniuerſas Gallorum gentes putaret: ad nouum & maximum bellũ retractus eſt.Nanque dum Publius Craſſus adoleſcens cum legiõe ſeptima oceano tenus apud Andegauos hyemat: Venetii cæterique confines repente in arma coniurant. legatos Romanorum uincunt.eoſque ita demum ſe reddituros: ſi obſides ſuos recipiant:Romanis indicant: ſocios ſibi ad id bellum Oſiſſimos. Lexouios.Namnetes.Ambibaritos.Morios.Diablites.& Menapios aſſciſũt. auxilia quoq̃ a Britania accerſunt.Cæſar per Craſſum de rebellione deditarũ gentium certior factus quamuis intelligeret: quanta ineundi belli difficultas eſſet:tamen rem tanti negotii non negligendã eſt ratus:ne cæteris exẽplo eiuſmodi audendi licentia laxaretur.Itaque terreſtri prælio pſequi hoſtes fruſtra aggreſſus: quippe cum hoſtes per interfuſa ex oceano æſtuaria: atque inacceſſos receſſus tutis terrarum ſinibus munirentur: naues longas edificari in Lygere fluuio iubet:per quem in oceanum deductæ conſtiterunt. Moxque ut ab hoſtibus uiſæ ſunt:continuo.ccxx.naues eorum paratæ atque õi genere armorum inſtructiſſimæ progreſſæ portu ex aduerſo ſteterũt:Bruto circũſpiciente imparem longe nauium eſſe conflictũ:qa barbarorum naues ſolido robore intextæ:ſaxorum modo adactos roſtratarum ictus retundebant.Hoc primum auxilio fuit:quod falces accutiſſimas non pertinaciter contis pfixas: funibus autem ſubnexas parauerat:quibus cum opus eſſet:apprehẽſos eminus rudentes:ſubducti s haſtilibus per funem falcem retrabendo ſuccideret. His celeriter expeditis dirumpi hoſtilium antemnarum armamẽta præcepit:Ita

antemnis ruentibus complures ilico naues uelut captas immobiles redidit. Alii hoc periculo territi: ſuſpenſis uelis qua uentus intenderet fugere conati: ceſſante mox uento deſtituti ludibrio fuere Romanis. Itaque incenſis oĩbus nauibus: interfectiſque his: qui pugnauerant Galli reliq ſeſe omnes dediderũt. Sed Cæſar maxime ob iniuriam legatorum: & ut genti ad oĩa cõſilia mobili terribilis exempli notam inureret: cũctis principibus per tormenta interfectis reliquos ſub corona uendidit. Iiſdem diebus Titurius Sabinus Aulercos, Eburones, Luxouioſque qui primates ſuos: quod auctores belli reſuſcitãdi eẽ nollent: interfecerant: eruptione facta incredibili cæde deleuit. Publius uero Craſſus cum ĩ Aquitaniã peruenisſet: bello exceptus eſt. Nãq ſociato magno eqtatu: pedeſtribuſque copiis prævalidis Romanos adorti diu grauiter turbauerũt. Poſt uicti: atque in oppidũ ſociati coacti: obſeſſiſque cũ ſe expugnari uiderẽt: armis traditis ĩ deditionẽ recepti ſunt. Aquitani clade ꝓmoti ũdique exercitum cõtrabunt. de citeriore quoque Hiſpania auxilia accerſunt, duces bello maxime eos præficiunt: qui cũ Sertorio militauerant. Hi omnes dum obſidionem Craſſo parant in caſtris ſuis Craſſo obruente deleti ſunt. Nã ex Aquitanis & Cantabris: quorum. l. M. tunc in auxilium uenerant. xxxviii. M. cæſa referuntur. Cæſar Germanos: qui Rhenum cum immenſis copiis trãſmiſerant: ſimul & totas Gallias ſubiicere ſibi parabant: bello adortus uſque ad internitionem cecidit. Quorum fuiſſe numerum ad. cccc l. M. ferunt. Tunc Cæſar ĩ Germaniam facto põto trãſgrediẽs Sycambros & Vbios obſidione liberat.

Hic dicit: qualiter Cæſar Gallias ſubiecit: & tranſiuit in Britãniam. Cap. 8

Veuos maximam & ferociſſimam gẽtem: quorũ eẽ. c. pagos & populos multi prodidere: totãque Germaniã aduẽtu ſuo terret, moxque in Galliã reſciſſo ponte cõcedit. Inde ad Morinos uẽit: unde in Britãniam proximus & breuiſſimus trãſitus ẽ. Nauibus circiter onerariis atque actuariis. lxxx. præparatis: ĩ Britãniã trãſuebitur. Vbi acerba primum pugna fatigatus: deinde aduerſa tẽpeſtate correptus plurimã claſſis partem & nõ paruam militum: equitum uero pene omnem diſperdit. Regreſſus ĩ Galliã legiões in byberna dimiſit. ac. dc. naues utriuſque cõmodi fieri imperauit: Quibus iterum in Britãniam primo uere tranſuectus: dũ ipſe in boſtem cum exercitu pergit: naues in ancoris ſtãtes tempeſtate correptæ: uel colliſæ inter ſe: uel barenis illiſæ ac diſſolutæ ſunt. Ex quibus. xl. perierunt. cæteræ cum magna difficultate reparatæ ſunt. Cæſaris equitatus prĩo congreſſu a Britãnis uictus. ibiq Labienus Tribunus occiſus eſt. Secũdo prælio cũ magno ſuorũ diſcrimine uictos Britannos in fugam uertit. Inde ad flumẽ Thameſim profectus eſt: quem uno tantum loco uadis tranſmeabilẽ ferunt:

In huius ulteriore ripa Cassouellauno duce imēsa hostiū multitudo cōsederat: ripamque fluminis ac pene totum sub aqua uadum acutissimis sudibus præstruxerat: Quod ubi a Romanis deprehensum ac uitatū est: barbaræ legiōes non ferentes siluis sese abdidere: unde crebris eruptiōibus Romanos grauiter ac sæpe lacerabant. Interea Trinobantum firmissima ciuitas cū Androgorio duce datis .xl. obsidibus Cæsari sese dedit. Quod exemplum secutæ urbes aliæ complures ī fœdus Romanorū uenerunt. iisdemque demonstrantibus Cæsar oppidum Cassouellaunum inter duas paludes situm obtentu insuper siluarum munitum omnibusque rebus confertissimum tandem graui pugna cepit.

Capitulum reuerso uidelicet Cæsare a Britannia iterū Galli rebellauerunt. & uicti sunt. Cap. 9.

Cæsar lib. 5. post mediū.

Xin Cæsar a Britannis reuersus in Galliam: postquam legiones ī hyberna misit: repētinis bellorū tumultibus undique circūuētus & cōflictatus ē. Nāq Ambiorix cū Eburonatibus & Atuaticis conspirans animatus Treuirorum consilio Cottam & Sabinum legatos apud Eburonas cū tota funditus legione insidiis circūuētos iterfecit. Ambiorix hac uictoria elatus Atuaticos & Neruios plurimosque alios raptī in arma contrabit. atque ad Ciceronem legatum qui similiter tunc legioni in hybernis præerat: contendit. Multitudo hostium ex hoc colligi potuit: quod cum in obsidione castrorum uallum circūdandum esse a captiuis Romanis docerentur: & instrumenta ruralia non haberent: gladiis concidendo terrā & sagulis exportando uix tribus horis uallum pedum .x. & fossam pedum .xv. p milia passuum .xv. in circuitu perfecerunt. Præterea .cxx. turres miræ altitudinis extruxerunt. & cum septem dies nocteque succidui hostium cunei pugnarēt: ac uētus subito plurimus exortus esset: testas fundis feruētes itorsere: flammataque tela focis: ac mox cōcepto igne rutilantia itra castra iecerūt. Quo facto per cuncta culmina raptim uentus īsistens sparsum animauit incendium. sed nec sic quidem Romani cum undique obruerētur uulneribus: laboribus. uigiliis. ieiuniis. incendiisue cesserūt. Tandem Cæsari nuntiatū est: unam deletam esse legionem: alteram iam pene confectam. Aduentāte uero cum duabus legiōibus Cæsare deseruere hostes obsidionem. atque in eū cūcti raptis copiis ruunt. Cæsar paruissimis castris consulto condidit. equitibusque præmissis: ut fugā fingerent: imperauit: ut ad transitū uallis: quæ media erat: sibique periculosa uidebatur: hostes contēptu sui inuitaret: Quibus aduētātibus in uper obstrui portas præcepit: Quo uiso Galli: quasi iam uicissent: ad obducendū extrinsecus uallo conuersi sunt. Cæsar totis repente portis paratū effudit exercitum. uersosque in fugam Gallos uastissima cæde confecit. Nā

lx.M.fuisse tũc referuntur:e quibus pauci per paludes inuias euaserũt. Induciomarus Treuirorum princeps magnas armatorum copias habens:postquã de consensu Galliæ totius certior redditus est:Labieni castra legionẽque:cui is præerat:quod facili factu arbitrabatur:delere statuit.ac deind Eburonibus Neruiisque coniunctus ad opprimendum Cæsarem pergere. Labienus qbus potest artibus simulat timorem:atque ita Induciomarum negligentiorẽ cũ insultantibus copiis pro uallo oberrantem repentina eruptione ꝑstrauit.Hac uictoria Labieni reliqui Gallorum conatus repressi sunt. & Cæsar paulo qẽtior reliqua parte hyemis fuit.Sed itelligens sibi maiora belli supereẽ negocia maxime:quia plurima parte exercitus amissa: aliisque grauiter sautiis: ne ad sustinendum quidem sibi idoneos: ne dicam ad cõprimendum Gallorꝝ ipetũ uidẽretur:Gneio Pompeio consule conscribi legiones:sibique in auxiliũ mitti petit.Itaque ante exactam hyemem tres ad eũ legiones uenerũt.Igitur Cæsar postquam in unum hostium copiæ coirent:ineunte uere aggredi trepidos & opprimere sparsos ĩ finibus suis parat.Primum itaque Neruiorꝝ fines diripit. prædam uero quæ copiosissima erat:exercitui permittit.Deinde Menappos: qui sibi ꝓpter immensas paludes:atque ipeditissimas siluas munitissimi uidẽbantur:tribus agminibus inuadit.nimiaque cæde uulgo agitato resíduos supplices in deditionem recepit. Labienus sequenti prælio oẽs Treuirorꝝ copias interfecit:arte in bellũ prouocatas::priusq; Germanis aduẽtãtibus iũgerẽtur. & continuo ipsam ciuitatem capit. Cæsar ulcisci mortem Sabini & Cottæ legatorum uolens: in Ambiorigẽ & Eburones deletæ legiones auctores: post quam in Arduennam siluam refugisse cõperit:quæ silua totius Galliæ maxiã est.atque a ripis Rheni finibusque Treuirorum ad Neruios usque pertingit. & in longitudine plus quam.l.M.passuum patet: permetiens rem sui maximi periculi fore:si per obstructas spatiosasque siluas ignoti diuiderentur. hostẽq; locis notissimũ quærerẽt:omnem Galliã ꝑ nuntios iuitat:ut qque secundum placitum suum reconditas in Arduenna silua prædas quærant. diripiantque. Quo facto Gallis utrique morientibus maximas Romanorum iniurias sine cuiusquam Romani discrimine uindicauit.Ita hoc tutissimo uincẽdi genere securus in Italiam rediit. Igitur Cæsare in Italiam reuerso Gallia rursus in arma cõiurat:multique simul populi coeunt. Dux his Vergẽtorix fuit:cuius consilio statim omnes Galli ciuitates suas ultro incenderunt.prima a suis incensa Biturigo.Inde ad Cæsarem qui magnis itineribus ꝑ Narbonensem pro uinciam clam ad exercitum recurrerat:impetum faciunt.Cæsar tũc oppidũ nomine Cenapum obsidione concluserat:Quod diu oppugnatum tandẽ post multas Romanorum clades pluuio die cum hostilium machinarꝝ augmẽta: Neruiique elanguerent: applicitis turribus captum atque deletum est .xl. ibi hominum.M.fuisse referũtur:e quibus uix.lxxx.per fugam lapsi ad proxima

Gallorũ caſtra uenerũt. Præterea Aruerni cæterique cõfines ſollicitatis etiã ad ſe Heduis: multis aduerſus Cæſarem præliis bellauerũt: Qui cũ ſe pugnãdo fatigati in quoddam caſtellum recepiſſent: milites prædæ inhiantes ad expugnationem oppidi animũ intẽdunt: fruſtra Cæſare de loci iniqtate cauſante. Itaque ibi Cæſar erumpentibus deſuper hoſtibus preſſus multa exercitus ſui parte perdita uictus aufugit. Dum hæc ad Chaleſtam gerũtur: Vergẽtorix: quem omnes cõſenſu pari regem præoptauerãt ſuadet: uti ex tota Gallia ões: qui arma ferre poſſent: huic bello præſto ſint. Hoc enim eſſe unum bellum: quo aut perpetua libertas: aut æterna ſeruitus: aut mors omniũ conſequatur. Itaque abſque eo numero: quem infinitum ante contraxerat: equitum circiter octo. M. peditũ. ccl. M. contracta ſunt. Debĩc duo colles ſibi inuicẽ obuerſos Romani Gallique ceperunt: Vnde multis ſæpe eruptionibus: & uariis puentibus præliantes tandem Romani præcipua Germanorũ equitum: quos ſibi iam dudum amicos nunc in auxiliũ acciuerant uirtute uicerunt. Vergẽtorix alia die congregatis omnibus: qui fuga euaſerant: dixit ſe auctorem bona fide defendendæ libertatis atque rumpendi fœderis fuiſſe: & nunc ſiue Romanis ſeſe ad mortem omnes offerant: ſiue ſolum pro omnibus dedant: paratum aĩo fore. Itaque Galli uolũtatem: quã pudore aliquandiu texerant: quaſi ex cõſilio regis aſſumerent: ilico ſibi ueniam precantes: eum ſolum uelut auctorẽ magni ſceleris dediderunt. Bellouagi omnibus finibus Gallorũ gentis ipſoꝝ opiniõe fortiores habebantur. Hi Chorreo duce bellũ inſtaurãt. ſibique in hãc ſuſcepti belli ſocietatem Ambianos Aulercos. Velocaſſes. Atrabiteſque coniungũt. & locum quendam cinctum atque impeditum undique paludibus capiunt. cõmiſſoque prælio magnam remorum manum: quæ auxilio Romanis erat: trucidant. Deinde cũ opportunum ipſi locum inſidiis prouiſum occupaſſent: atque hoc cõpto Romani ad inſidiarum locum inſtructi ordinatiq; ueniſſent cõmiſſo prælio Gallos fugiẽtes eiſdem locorum munitionibus quibus clauſi fuerant: incluſerũt. cunctoſq; ad ĩternicionẽ ceciderunt. Ibi Chorreus uel fugã uel deditionẽ detrectans Romanos: ne uiuus caperetur inſtanter occidendo: ut occideretur: coegit. Igitur cũ pacatam eſſe uniuerſam Galliã Cæſar neque auſurã fore ad aliquos aſpirare motus arbitraretur: legiões ĩ hyberna dimiſit. ipſe tamen Ambiorigis fines qui tot bella excitauerant: horrenda hominum ſtrage uaſtauit. At uero Gaius Caninius legatus bellũ apud Pictonas inuẽit: ubi magna hoſtium multitudo impeditã itinere legionem circũdedit. atque ad extremũ diſcrimen adduxit. Porro Fabius alter legatus acceptis Caninii litteris in Pictonas proficiſcitur. Ibique a captiuis de opportunitate locorum certior factus iopinantes hoſtes opprimit. magniſque ſtragibus factis plurimas prædas agit. Deĩde cũ Caninio ſignũ aduẽtus ſui dediſſet: Caninius totis caſtris ſubito exiliẽs ſeſe ĩiecit hoſti. Ita Fabio ex alia pte. & Caninio ex altera

insistente maximo & diuturno bello inumeræ Gallorũ copiæ trucidatæ sunt. Inde Fabius in Carnutes profectus est. Sciebat enim Domnacum ducẽ antiquissimum rebellionis totius incentorẽ ab hoc bello elapsum: si Aremoricis gentibus adiunctus esset: maximos iterum tumultus in Gallia esse moturũ: sed adhuc eos ipsa nouitate trepidãtes mira uirtute & celeritate perdomuit. Interea Draptes unaque Literius cum adesse Caninium & legiões ĩ finibus suis uiderent: undique collectis copiis oppidũ intrant: quod in editissima mõtis arce pẽdẽs duabus partibus ꝑ abrupta latera non paruo flumĩe cĩgebatur. medio deinde descensu largissimo fonte securum plurimaque ĩtrorsum copia frumẽti tutum irritos procul discursus hostium despiciebat. Caninius: quod solum Romana prouisione potuit: ambos duces cum parte copiarũ plurima in campum euocatos maximo prælio superauit. Nã uno e ducibus ĩterfecto alter cum paucissimis fugit. Nullus in oppidum rediit. sed ad id oppugnãdũ Cæsare opus fuit. Itaque certior per nuntios factus Cæsar accurrit. circũspectisque omnibus: uid&: si expugnare ui moliatur: ludo & spectaculo hostium delendum esse exercitum suum. hoc solum esse præsidium: si quoquo modo hostes aqua arceantur. Sed & hoc quoque nisi Cæsar nemo potuisset. siquidẽ fons quo ad potum utebantur: medio deuexi mõtis latere fundebatur. Cæsar ad proximum fontis admoueri uineas: turrẽque extrui iubet. fit magnus ilico concursus ex oppido. Quibus sine periculo præliantibus Romani quanuis ꝑtinaciter obsisterent. crebriusque succederent: complures tamen trucidantur. Igitur extruitur agger & turris pedum. lx. cuius uertex æquare ad fontis locũ posset: ut uel ex æquo tela coniici queãt: uel præcipitata desup saxorũ uolumĩa non timeri. Oppidani autem ubi exanimari siti nõ solum pecora sua: uerũetiã infirmiores hominum ætates uidẽt: cupas pice seuo & scindulis repletas: ac deinde immisso igne in prona præcipitant. easque ipsi toto oppido effusi subsequuntur. Ardentibus machinis cum graue prælium suis Cæsar ac piculosum uideret imminere: cohortes ĩ circuitu oppidi ire uelociter per occultũ iperat. atque undique subito uastum clamorem attollere. Quo facto cõsternati oppidani: dum recurrere ad muniendum oppidũ uolunt: ab oppugnatiõe turris uel demolitione aggeris recesserunt. Illi tamen: qui ad incidẽdas fontis uenas sub obtentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant: repertos in abstruso aquarũ meatus per multa diuidẽdo tenuari in sem& ipsis. consumique fecerunt. Oppidani fonte siccato ultima desperatiõe correpti deditionem sui faciũt. Cæsar autem omnibus: qui arma tulerant manus sustulit. & uitam reliquit: quo testatior esset etiam posteris pœna improborum. Multum enim ad coercẽdã audaciam ualet ꝓpositum punitiõis exemplum: cũ ipsa miseri præsens forma uiuẽtis & ad recordationẽ admonet cõscios & ad sciscitationẽ cogit ignaros.

Hic dicit:quomodo Galli exhausti & domiti sunt. Cap. 10

Exhaustis atque edomitis Gallis Cæsar securus cum legionibus
e in Italiam rediit:nullos post se Gallorum motus pertimescens:
certo se sciens minime aliquos:qui uel moueri audeãt:uel:si mo/
ueantur:timendi sint:reliquisse. Consti tui nunc ante oculos uelī
exanguem: defœtamque Galliam post illas ardentissimas febres internosque
æstus uitalium molliora torrētes: ut sese habeat:quãta macie:quãtoq̄ pallore
sit:quam demissa ac resoluta iaceat:quam ipos quoq̄ necessarii officii motus:
ne eundem incursum malorum reuocent:pertimescat. Irruit enim in eã repẽ
tino impetu Romanus exercitus:ueluti fortissimo corpori fortior lues: quæ
tanto grauius accenditur:quanto impatientius toleratur. Sitiebat misera: cũ
instante gladio profiteri sponsionem seruitutis æternæ auulsis insup obsidibus
cogeretur. Sitiebat:ut dixi:notam illam omībusque suauissimam uelut aquæ
gelidæ dulcedinem libertatis.quãtoque eam magis subtrahi intelligebat: tato
auidius desiderabat. Hinc illam tam frequens contra uetita præsumptio iua/
debat.& pro defendenda libertate iportuna libertas:præreptaq̄ insatiabiliter
potiundi licentia:quod male conceptam perniciem restrīgere uidebatur:au/
gebat. Hinc Romanus exercitus ãte pugnam insidiator argutior.hīc i pugna
hostis infestior.hinc post pugnam uictor immitior.hinc omnia ad domadã
impatientiam crudescentia.hinc iam nec remediis credebatur. Itaq̄ si iterro/
gare possem hãc:de qua loquimur:nationem*qd tũc: cũ hæc ipa sustinebat:
de illis temporibus iudicaret:responderet:ut arbitror:dicens. Sic me illa tunc
febris exãguem reddidit.ac frigidam fecit :ut etiam hæc:quæ omnes pene p
strīxit: feruefacere uel cõmouere nequiuerit.atq̄ ita me Romani iclinauerũt.
ut nec ad Gotos surgã. Sed ne ipsa quidẽ Roma clades quas intulit:euitauit.
Exercitæ nanque diu actæque sunt per totos mundi cardines potentiæ ducũ:
uiresq̄ legionũ:quæ i sese cõcurrẽtes eius dãno uicerẽt:cuius piculo uicerẽtur.

* sc. gallicam

Victorẽ scilicet a Gallia Cæsarem reuersum ciuilia bella seqūtur: & Crassus
consul prouinciam sortitus est in Parthos. Cap. 11

Am uictorẽ Cæsarẽ de Gallia reuersum ciuilia bella cõmitata
n sunt.aliaque grauissima mala.interfecti apud Parthos Crassi &
trucidati exercitus pcesserũt. Anno ab urbe cõdita. dc.lxxxxvii.
Crassus in consulatu collega Pompeii prouinciam sortitus in
Parthos:bõ inexplebilis cupiditatis: audita in Hierosolymis tẽpli opulentia:
quam Pompeius intactam reliquerat:in Palæstinam diuertit. Hierosolymã
adit.templum inuadit.opes diripit. Inde per Mesopotamiã tendẽs i Parthiã:

quacũque iter habuit ſociis ciuitatibus auxilia indixit.precia exegit.Moxque: ut Euphratem tranſiit:ilico Abegeſen legatum ab Herode rege Parthorum ad ſe miſſum obuiũ habuit:a quo uehementer ĩcrepitus eſt:quod cõtra fœdus Luculli & Põpeii auaricia inductus Euphratem tranſierit. Quam ob rẽ ſine mora futurum:ut pro auro Parthico Serico ferro oneraretur.Itaq̃ cum prope Caras uentum eſſet: Parthi ſubito ingruentes cum Surena & Sylacea præfectis:ſagittis oppreſſere Romanos.Cecidere ibi plurimi ſenatores.aliqui etiam conſulares & prætorii uiri.Craſſus quoque filius Craſſi lectiſſimus iuuenis in acie occiſus ẽ.Præterea .iiii. cohortes cũ Vargunteio legato mediis deprehenſæ campis interfectæ ſunt. Surenas rapto equitatu Craſſum pſequi intendit.eumque circũuentum ac fruſtra colloquium eius petẽtem ĩterfecit: quanuis uiuum auferre maluiſſet.Pauci noctis beneficio liberati Caras confugerunt.Cognita clade Romanorum multæ orientis prouinciæ a ſocietate: & fide populi Romani defeciſſent:ni Caſſius collectis ex fuga militibus paucis intumeſcentem Syriam egregia animi uirtute ac moderatione preſſiſſet: Qui & Antiochũ copiaſque eius ingentes prælio uicit.& interfecit: Parthos quoque ab Herode in Syriã miſſos:iamque ingreſſos Antiochiam bello expulit.ducemque eorum Oſagen interfecit.

Narratur hic de Romano exercitu : qualiter ut oceanus:creſcit & minuitur.

Cap. 12

i Gitur Romani ſtatus agitur ſemper alterna mutatio . & uelut forma oceani maris:quæ omni die diſpar nũc ſucciduis p ſeptẽ dies attollitur incrementis: nũc conſequentibus totidem diebus naturali damno & defectu ĩteriore ſubducitur. Vt enim de ꝓximis ordiar:Cimbris Tiguriniſque uincentibus:cum apud Rhodanũ flumen Romanus exercitus periit:& artiſſimas Roma ſenſit ãguſtias:refuſa cõtinuo clade Cimbrorum magnis elata prouentibus priorum oblita defectuum eſt. Hanc deinde recentiſſimæ proſperitatis iactantiam Italicũ bellum & dilaceratio Syllana caſtigat.Rurſus poſt hanc domeſticam inteſtinãq̃ perniciem: qua uſque ad medullas pene euiſcerata:& exeſa eſt:paribus propemodũ ſpatiis temporum non ſolum reparata uerũetiam extenta eſt:cum Lucullus Aſyã: Pompeius Hiſpaniam:Cæſar Galliam perdomuit. Romanumque imperiũ uſque ad extremos propemodum terræ terminos propagatum eſt. Hãc nũc ampliſſimam dilatationem uaſtiſſima ruina conſequitur. Apud Parthos enĩ conſul Romanus occiditur.exercituſque deletur . atrociſſimum illud Põpeii & Cæſaris bellũ ciuile conſcribitur.& ĩter hæc Roma ipſa repẽtino correpta incendio concrematur . Anno ſiquidem ab urbe condita.dcc.incertum ũde concretus plurimam partis urbem ignis inuaſit . neque unquam antea tanto

correptam ac uastatam ciuitatem ferũt. Nam. xiiii. uicos cum uico iugario consumptos memoriæ proditum est. Hinc iam bellum ciuile committitur: quod magnis iam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur.

Hic de bello ciuili dicitur inter Cæsarem & Pompeium. & de icendio urbis.

Cap. 13.

n am rediens Cæsar victor de Gallia decerni sibi absenti alterum consulatum popposcit. Contradictum est a Marcello consule adnitente Pompeio. deinde decretum est a senatu: ut i urbẽ Cæsar non nisi dimisso exercitu ueniret. & ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones quæ apud Nuceriam erant Pompeius cum iperio missus ẽ. Cæsar Rauẽnã sese contulit. Marcus Antonius & Publius Cassius tribuni plebis pro Cæsare intercedentes: intercedente Lentulo consule curia foroque prohibiti ad Cesarẽ profecti sunt: Curiõe Cœlioq̃ simul comitãtibus. Cæsar Rubicone flumĩe trãsmeato mox: ut Ariminum uenit. v. cohortes: quas tũc solas habebat: cum quibus: ut ait Liuius: orbem terrarum adortus ẽ: qd facto opus esset edocuit. Deplorans autem iniurias suas causam belli ciuilis pro restituendis in patriam tribunis esse testatus est. Inde per Antonium septẽ cohortes: quæ apud Salonem morabantur a Lucretio recepit. tresque legiones: quæ Domitio apud Corphinium erãt ad partes suas traduxit. Põpeius atque omnis senatus crescẽtibus Cæsaris uiribus trepidi: tãquã Italia pulsi: i Græciã transuecti Durachium gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar Romam uenit. negatamque sibi ex ærario pecuniam fractis foribus inuasit: protulitque ex eo auri pondera. iiii. M. cxxxv. argenti pondera prope. dcccc. M. Inde digressus Ariminum ad legiones: mox alpes transuectus Massiliam uenit: Ad quã oppugnandam quod receptus non esset: Trebonium cum tribus legionibus relinquens ad Hispanias cõtendit: quas Lucius Afrannius & Marcus Petreius & Marcus Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebãt. Ibi multis præliis Petreium Afranniumque superatos composita pactione dimisit. In ulteriore uero Hispania duas legiones a Marco Varrone suscepit. similiter & duces eius. Post hæc Curio Catonem Sicilia expulit. Valerius Cottam Sardinia. Tuberonem Aphrica Varrus eiecit. Cæsar Massiliã rediẽs obsidione domitam uita tantũ & libertate concessa cæteris rebus abrasit. At uero Dolobella ex parte Cæsaris in yllirico per Octauium & Libonem uictus: copiisq̃ exutus ad Antoniũ fugit. Basilius & Salustius parantes singulas legiões: qbus præerant. similiter & Antonius. Hortensius quoque ab infimo mari cũ classe cõcurrens: omnes pariter aduersus Octauium & Libonem profecti & uicti sunt. Antonius cum se Octauio cum. xv. cohortibus dedisset: oẽs ad Põpeiũ a Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia in Aphricam cũ exercitu trãsgressus

est. Quem Iuba rex continuo exceptum cū oībus cōpiis trucidauit. Octauius Salonas oppugnare conatus omnes pene copias quas duxit: amisit. Cœlius de sciuit a Cæsare. ac se Miloni exuli iūxit. Cūq; ābo seruorū manu Capuā oppugnare molirentur: occisi sunt. Bibulus apud Corcyram pudore uictus: quod custodiæ eius quam pelago & oppido prætendebat hostis illuserat: inedia sese uigiliisque confecit. Appius Claudius Censorinus: qui iussu Pompeii græciā tuebatur: iā abolitam poetici oraculi fidē uoluit experiri. Quippe ab eo uates adactus descendere in specum: respondisse fertur de bello cōsulenti. Nihil ad te hoc Romane bellum pertinet. Euboeæ cœla obtinebis. Cœla autē uocant Euboicum sinum. Ita Appius perplexa incertus sorte discessit. Admonet nos aliquid obtrectatoribus nostris cōsultor iste consulere. Querebantur utique fide christianorum sibi sacra interdicta ceremoniasque sublatas: & ob hoc iō maxime: quod extis uaticiniisque cessantibus futuræ clades quia sciri neq̄ut: non uitantur. Cur ergo longe ante imperium Cæsaris natiuitatemq̄ christi: sicut ipsorum auctores attestātur: abolita fuerat poetici oraculi fides? abolita autem ideo: quia contempta. porro autem quare contempta? nisi qa uel falsa: uel uana: uel dubia. Vnde prudenter poeta præmonuit. inconsulti abeūt sedēq̄ edere Sibyllæ. & ne forte id paruipendant: quod contemptu abolitum atque antiquatum fuit: hoc est aut nomē: aut sedē: Appollo ille Phythius erat: quē ferunt magno illo Phythōe serpente interfecto: totius uaticinationis auctore & principe: heredem & sedis & diuinationis & nominis extitisse. ibique eū reddere elegisse respōsa: ubi orta cum auctore ipsa diuinatio uidebatur. Præterea: quæ per alias quoque terrarum partes spumantibus buccis: rabidoq̄ discursu omnis furiatorum ructat insania: ad quem plurimi terrarum reges: quasi ad uiuam uocem consulti numinis cucurrerunt: cui sæpissime ipsi Romani quoque opulentissima dona miserunt. At si Apollo iste Phythius paulatī discernēte experiētia cōtēptus relictus atq̄ abolitus ē: quid uiuū de mortua pecude: quid uerum de amēte muliercula sperari potest? Quid postremo: inflauit cū pinguis ebur Tyrrhenus ad aras: expositis opimæ pecudis intestinis nō finxit esuriēs? nā sicut ipsi fatentur: uel obscura uel falsa dicendo ipse Apollo seducit. Quam ob rem æquo animo ferant: si imitari interim nolunt: nos id ueritatis iudicio etiam prohibere: quod potuerunt maiores eorum uel experiendo cōtemnere. Interea apud Durachium multi orientis reges ad Pompeium cum auxiliis conuenerunt. Quo cum Cæsar uenisset: Pompeium obsidiōe frustra cinxit: ipse terram. xv. M. passuum fossa præstruens. cum illi maria paterent. Pompeius castellum quoddam propiquū mari: quod Marcellinus tuebatur: euertit. præsidiaq̄ Cæsaris: quæ ibidē morabantur: occidit. Cæsar Torquatū legionēque unam: ut expugnaret: aggressus est. Hoc periculo socio? Pōpeius cognito: oēs eo copias cōtraxit: ī quē se ilico Cæsar omissa obsidiōe cōuertit.

Torquatus autem eueſtigio prorumpens auerſum inſecutus eſt. Ita Cæſaris milites ancipiti piculo territi ipſo Cæſare fruſtra obſiſtente fugerũt. Põpeius uero Cæſaris quoque teſtimonio uictor perſequentem reuocauit exercitum xxiiii. M. militum Cæſaris. centuriones. xxxii. equiteſque Romani complures in eo prælio cæſi ſunt. Cæſar inde citato agmine per Epirum in Theſſaliam perrexit. Pompeius uero cum maximis copiis ſecutus. bellumque cõmiſſum eſt. Itaque inſtruitur utrinque acies. Põpeius. lxxxviii. cohortes triplici ordĩe locauit. Fuerunt autem peditum. xl. M. equites in ſiniſtro cornu. dc. ĩ dextro. d. Præterea reges multi ſenatores/equiteſque Romani plurimi/abſque leuiũ armaturarũ magna copia. Cæſar ſimiliterl. xxx. cohortes triplici ordĩe diſpoſuit: cui fuerunt minus quam. xxx. M. peditum. equites. M. Videre ibi & gemere erat contractas Romanorum uires ĩ campis Pharſalicis ad occiſionem mutuã conſtitiſſe: quas ſi concordia rexiſſet: nulli populi nulli reges ferre potuiſſent. Prima cõgreſſione equitatus Pompeii pulſus ſiniſtra latera nudauit. Deĩde cum diu utrinque dubia ſorte caederẽtur: atque ex alia parte Põpeius inter hortandũ diceret. parcite ciuibus. nec tamen faceret: ex alia uero Cæſar hoc faceret: quod urgeret: dicẽs. miles facĩẽ feri. parce ciuibus. tãdẽ uniuerſus Põpeii fugit exercitus caſtraque direpta ſunt. Cæſa ſunt ĩ eo prælio Põpeianorum. xv. M. cẽturiones. xxxiii. Hic exitus pugnæ ad Paleopharſalum fuit. Põpeius fugiens in boſtio Penei amnis oneraria nauẽ nactus ĩ Aſiam trãſiit. Inde per Cyprũ ĩ Aegyptũ uẽit. ibique mox: ut littus attigit: iuſſu Ptolemæi adoleſcentis in gratiam Cæſaris uictoris occiſus eſt. Pompeii uxor filiique fugerunt. Cætera Põpeiana claſſis direpta ẽ: omĩbus qui in ea erãt crudeliſſime trucidatis. ibiq̃ & Põpeius Bithynicus occiſus eſt. Lẽtulus uero uir cõſularis apud Peluſium interfectus eſt. Cæſar compoſitis apud Theſſaliam rebus Alexandriam uẽit. Perlatoque ad ſẽ ac uiſo Pompeii capite anuloque fleuit. Cumque ſe in regiam recepiſſet: eludebatur a tutoribus: quominus pecuniam accipet: tẽpla ſua aſtu ſpoliãtibus: ut & regios theſauros uacuos eẽ oſtẽderẽt: & in inuidiam Cæſaris populum concitarent. Præterea Achillas dux regius: imbutus ſemel Pompeii ſanguine: Cæſaris quoque necem meditabatur. Nam iuſſus exercitum dimittere: cui præerat. xx. M. armatorum nõ modo ſpreuit imperium. uerum & aciem direxit. In ipſo prælio regia claſſis forte ſubducta iubetur incendi. Ea flãma cum parte quoque urbis inuaſiſſet. cccc. M. librorũ proximis forte ædibus cõdita exuſſit: ſingulare profecto monumentũ ſtudii: curæque maiorum: qui tot tantaque illuſtrium ingeniorum opa cõgeſſerãt. Vnde quãlibet hodie: quæ ĩ tẽplis extant: quæ & nos uidimus armaria librorũ: quibus direptis exinanita ea a noſtris hominibus noſtriſque temporibus memorentur: quod quidẽ uerum eſt: tamen boneſtius creditur: libros alios fuiſſe queſitos: qui priſtinas ſtudiorũ curas aemularentur: quam aliam ullam fuiſſe

tũc bibliothecã:quæ extra.cccc.M.librorũ fuiſſe:ac p hoc euaſiſſe credatur. Cæſar poſtea inſulã:ubi Pharus eſt:cepit. Eo Achillas cum Gabinianis militibus uenit.ingens pugna cõmiſſa eſt . Magna ibi Cæſarianorum militum multitudo cecidit.omnes etiam interfectores Pompeii interfecti ſunt.Cæſar ui inſiſtentium hoſtium preſſus ſcapha aſcendit:Qua mox põdere ſubſequẽtium grauata ac merſa per.cc.paſſus ad nauẽ una manu eleuata:qua chartas tenebat natando peruenit . Mox nauali certamine pulſatus magna facilitate claſſem regiam depreſſit & cepit.

Petentibus Alexandrinis regem reddidit Cæſar. Cap.14

a Lexandrinis petentibus regem reddidit:monitũ : ut magis amiciciam Romanam:quam arma experiri ſtuderet:qui tamen ut liber fuit:ilico bellum intulit.ſed cõtinuo cum toto exercitu ſuo & ipſe deletus eſt.Nam.xx.M.hominũ i eo bello cæſa referũtur .xii.M.cum.lxx. longis nauibus dedita .v. naues ex uictoribus cecidiſſe referuntur . Rex ipſe adoleſcens ſcapha exceptus ut fugeret : multis inſilientibus merſus necatuſque eſt.Corpus eius ad littus deuolutum indicio loricæ aureæ cognitum fuit: Qua Cæſar Alexandriam præmiſſa Alexandrinos omnes ad deditionem deſperatione compulit.regnũque Aegypti Cleopatre dedit. Inde Syriam peruagatus pharnacem in Ponto uicit . Poſtea quam Romã uenit: dictator & conſul creatus in Aphricam tranſiit.& apud Tapſum cum Iuba & Scipione pugnauit.maximamque hominum multitudinem ibi interfecit. Caſtra utriuſque direpta ſunt.lx.elephanti capti.Cato ſeſe apud Vticam occidit.Iuba percuſſori iugulum precio dato præbuit . Petreius eodem ſe gladio perfodit. Scipio in naui : qua ad Hiſpanias fugere contendens uento coactus in Aphricã redierat:ſemetipſum iugulauit.in eadem naui etiam Titus Torquatus occiſus eſt. Cæſar Pompeii magni nepotes:filiamque Põpeiã:ſimulq̃ cum his Fauſtum Syllam & Afrannium & Petreium filium iuſſit occidi. Inde.iiii.triumphis urbem ingreſſus:diſpoſito:recuperatoque rei publicæ ſtatu continuo in Hiſpanias cõtra Pompeios Pompeii filios profectus.xvii.quam egreſſus ab urbe fuerat:die Saguntum peruẽit . ſtatimque aduerſus Põpeios duos & Labienum atque Actium Varum multa bella & uaria ſorte geſſit. Vltimum bellum apud Mundam urbem geſtum eſt. Vbi tantis eſt uiribus dimicatum . tantaque cædes acta:ut Cæſar quoque ueteranis etiã ſuis cedere non erubeſcentibus:cum cædi cogique aciem ſuam cerneret:præuẽire morte futurum uicti dedecus cogitarit: cum ſubito uerſus in fugam Pompeiorum ceſſit exercitus. Et quidem eo die hoc bellum actum eſt: quo Põpeius pater ab urbe bellum geſturus aufugerat.iiii.que annis hoc ciuile bellũ indeſinenter

toto orbe tonuit. Titus Labienus & Actius Varus in acie cæsi sunt. Gneus Pompeius cum .c. equitibus aufugit. frater eius Sextus Pompeius contracta celeriter non parua Lusitanorum manu cum Cæsonio cõgressus est uictus. fugiensque interfectus est. Munda ciuitas cum immensa hominũ cæde Cæsare oppugnante uix capta est.

Qualiter in curia a senatu interfectus sit Cæsar. Cap. 15

c Aesar Romam rediit: ubi dum rei publicæ statũ contra exẽpla maiorũ clementer instaurat: auctoribus Bruto & Cassio: Cõscio etiam senatu plurimo in curia. xxiii. uulneribus confossus iteriit. In qua coniuratione fuisse amplius quã. lx. conscios ferunt. Duo Bruti & Gaius Cassius aliique socii strictis pugionibus in capitolium secesserunt. Diu deliberatum est: utrum capitolium cũ auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus eius raptum populus dolore instimulatus in foro fragmentis tribunalium ac subseliorum cremauit. Percensuit latitudinem regni sui Roma cladibus suis. atque in suam conuersa cædem singulas quasq gẽtes ibidem: ubi domuit: uindicauit. Asiæ Europæ atque Aphricæ nõ dico tribus mundi partibus: sed totis trium partium angulis edidit gladiatores suos. feriatisq inimicis spectaculum miseræ ultionis ingessit. Nec tamen sufficit ipsas quoque cum auctoribus causas fuisse consumptas. recidiua semina in eodẽ agro germinauerunt: magna continuo metentibus malorum incremẽta cum magno sudore factura. Victor ciuilis belli a ciuibus Cæsar occiditur. in cædem unius trabuntur agmina conciorum. Certum enim erat: quod Cæsar indigne peremptus plures posset habere ultores. Plurima nobilitas una simul catena sceleris copulatur: ne forte tãta malorũ materia non belli magnitudĩe suppleatur: sed uindictæ breuitate tenuetur. Medeam illam fabulæ ferunt dẽtes quõdam seuisse serpentis: e quibus quasi competentes semini seges armati homĩes terra emersserunt: seseq mox inuicẽ pugnando pstrauerunt. Eqdem hoc poetarum cõmenta finxerũt. Nostra aũt Roma Cæsare occiso quãta de cineribus eius agmina armata parturiit: quanta bella in testimonium miseræ fœcũditatis nõ legenda pueris: sed spectanda populis excitauit. & tamen horum omnium malorum initium supbia ẽ. Inde surrexerunt bella ciuilia. ĩde iterũ pullularunt. Non ergo iniusta cædes est eorum: qui eam iniuste insectantur: si ãbitionis æmulatio per ipsos & in ipsis & agitur & punitur: donec qui detractauere collegium: discant ferre dominatum. summaque imperii totius ad unũ redacta lõge aliud omnes boĩes uiuendi genus subeãt: ut oẽs bũiliter placere studeãt. non insolẽter offendere. sed ad tam salubrem humilitatis doctrinam magistro opus est. Itaque opportune compositis rebus Augusti Cæsaris temporibus

natus est dominus christus: qui cum ī forma dei esset formam serui hūiliter assumpsit:ut tunc demum aptior fieret humilitatis institutio:quando iam ꝑ totum mundum pœna superbiæ omnibus esset exemplo.

De potentia & uirtute Augusti Cæsaris. Cap.16

a Nno ab urbe condita. d c c x. interfecto Iulio Cæsare Octauianus:qui testamento Iulii Cæsaris auunculi & hæreditatem & nomē assumpserat:idemque qui postea rerum potititus Augustus est dictus:simul ut Romam adolescēs admodum uēit:īdolē suam bellis ciuilibus uouit.Nam:ut breuiter coaceruationem malorū explicē: bella ciuilia.v.gessit:Mutinēse/Philippense/Perusinum/Siculum/ Actiacum. E quibus duo:hoc est primum & nouissimum aduersus Marcum Antoniū. secundum aduersus Brutum & Cassium.tertium aduersus Luciū Antoniū. quartum aduersus Sextum Pompeium Gnei Pompeii filium confecit.Antonius a senatu hostis pronuntiatus Deciṵm Brutum apud Mutinā obsidiōe concluserat.Consules Hircius & Pansa:& cum his Cæsar ad liberandū Deciū Brutum expugnādumque Antonium missi.Pansa primo uēiēs exceptus insidiis inter suorum clades ipse quoque pilo grauiter uulneratus ab eodē uulnere interpositis diebus est mortuus. Hircius auxiliū collegæ ferens magnas Antonii copias uasta strage deleuit.Cæsar eatenus castra custodiuit.Secūda illa aduersum Antonium pugna:magnæ utrinque strages actæ sunt.Nanque tūc ibi Hircius consul occisus est. uictus fuit Antonius. Cæsar uictoria potitus est: Cui Decius Brutus de coniuratione occisi Iulii Cæsaris confessus preces pœnitētiæ fudit.Dolobella Trebonium unum ex īterfectoribus Cæsaris Smyrnæ interfecit.Dolobellam senatus hostem pronuntiauit.cōsulum occisorum uterque exercitus Cæsari paruit. Postea Decius Brutus ī Gallia a Sequanis captus & occisus est .Basilius autem æque unus de percussoribus manu seruorū suorū necatus ē.Lepido satis agente Cæsar Antoniū recepit in gratiam . atque ob fidem reconciliatæ gratiæ filium eius matrimonio sortitus est.Inde cū ad urbē accessissent:ac rumor de futura ꝑscriptiōe ortus eēt: Gaius Toranius uir prætorius nihil tamen metuēs incursu militū domi suæ īterfectus ē.aliique complures trucidati sunt.Itaque ne latius atq; effrenatius proscriptorum cædes ageretur.cxxxii.senatorum nomina in tabula proposita sunt: primum Lepidi præcepto & nomine.deinde Antonii . tertio Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum . ibi Lucium Cæsarem auūculum suum . & quod exaggerādo sceleri accessit:uiuā matrem ꝑscripserat.ibi Lepidus Luciū Paulū fratrem suū . In eodem ꝑscriptorum numero .xxx.equites Romani.multæ diu & uariæ cædes actæ. Domus ꝑscriptorum

direptis omnibus dirutæ sunt. At Dolobella in Syria multa cũ Cassio bella gessit: a quo uictus ipse se interfecit. Brutus & Cassius magnis exercitibus cõ paratis apud Athenas conuenerunt, totamque Græciam depopulati sunt. Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad deditionẽ coegit: q̃bus p̃ter uitam nihil reliquit. Igitur Cæsar & Antonius eosdem in Macedoniã magnis bellorum apparatibus persecuti ad mortem compulerunt: quannis manifestissime illa tunc pugna non uirtute partis Antonii: sed Cæsaris fœlicitate cõfecta sit. Cæsar enim tunc æger cum se in castris capiendæ quietis cã tenere statuisset: hortatu & precibus medici sui: qui per somniũ admonitum sese fatebatur: ut ea die castris Cæsarem salutis ipsius causa educeret in cãpũ: ægre inter copias egressus est: ac mox castra eius ab hostibus capta sunt. sed rursus Cæsariani milites Cassii castra ceperũt. Quare ad despationẽ adacti Brutus & Cassius immaturam sibi mortem ante belli terminum consciuerũt. Nam iuitatis percussoribus Cassius caput: Brutus latus præbuit. At Romæ Fuluia uxor Antonii: socrus Cæsaris domiatum: ut mulier agitabat, ĩcertum in hac mutuatione consularis regiique fastigii: utrum deficientis potẽtiæ ultia: an incipientis prima nominanda. certe etiam in eos insolens: per quos ut insolesceret: agebatur. Nam & Cæsarem reuersum apud Brũdusium cõtumeliis/factionibus/insidiisque petiit. A quo propulsata ad Antoniũ concessit ĩ Græciã. Sextus Põpeius postquã se in proscriptorum numerum relatũ cõperit: conuersus in latrocinia omnem orã Italiæ cædibus rapinisq̃ uastauit. Sicilia prærepta, cõmeatibusque impeditis Romam fame affecit. Mox cũ eo pacẽ triumuiri: ut non dicam tyranni ideſt Lepidus/Cæsar/Antoniusq̃ fecerunt. sed continuo cum contra pactum Pompeius fugitiuos allegeret: ut hostis habitus est. Mæna libertus Pompeii cum. lx. nauiũ classe ad Cæsarẽ defecit. eidẽque classi ipse iussu Cæsaris præfuit. Idẽque cõtinuo cũ Statilio Tauro aduersus Menecratum Pompeianum ducem nauale bellum gessit. Deide ip̃e Cæsar aduersus eosdem Pompeianos cruẽtissimũ bellũ gessit. nauale cõfecit. sed cõtinuo uictricẽ classem pene iuersam apud Scyllaceũ naufragio amisit. Ventidius Persas & Parthos in Syriam irrumpentes tribus bellis maximis fudit. regemque eor̃ Pacorum ĩ acie interfecit: ea scilicet die qua Crassus a Parthis fuerat occisus. Antonius uno uix castello expugnato pacẽ cũ Antiocho fecit: ut ipse tantã rem consummasse uideretur. Ventidiũ Syriæ p̃fecit. iussitque ut Antigono bellum inferret: qui Iudæos tunc forte debellauerat. captisque Hierosolymis templum spoliauerat. regnumque Herodi dederat. Quem continuo uictum ĩ deditionem recepit. Mæna libertus cũ sex nauibus ad Pompeium rediit: A quo clementer receptus Cæsaris classem ĩcẽdit: q̃uis nuper Cæsar alteram secundo naufragio perdidisset. Idemque Mæna postea ab Agrippa nauali praelio circũuentus cum sex triremibus ad Cæsarẽ trãsiit.

Sed hunc Cæsar tertio transfugam indulta tantum uita segnem reliquit. Deinde Agrippa inter Milas & Liparas aduersus Democharn & Pompeiũ nauale bellum gessit, ac uicit, ibique tunc naues .xxx. aut demersit: aut cepit: reliquis laceratis. Pompeius denique Messanam confugit. Cæsar interea Tauromeniam traiecerat: quem repentino impetu Põpeius afflixit. Vnde multis dimersis nauibus suis ac magna multitudine suorum militum pdita in Italiã Cæsar aufugit, nec interueniente mora in Siciliam rediit. Ibique Lepidum ex Aphrica aduentantem obuium habuit: summas sibi partes terrore/minis/ac superbia uendicantem. Post dies paucos Agrippa iussu Cæsaris a littore cum acie istructa prospectans atrocissime nauali prælio aduersus Põpeiũ cõflixit. & uicit. Nam .clxiii. naues aut demersit: aut cepit. Pompeius cũ .x. & vii. nauibus uix elapsus euasit. Lepidus magna .xx. legionum insolentia tumens: cum Messanam militibus permissam diripuisset: ipsum Cæsarem ad se uenientem semel atque iterũ spreuit, ac potius telis appeti iussit. Quæ ille collecta in leuũ brachium lacerna repellendo uitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus instructo exercitu aduersus Lepidum ueniens plurimas legiones Lepidi: paucis interfectis: transire in suam partem compulit. Lepidus tandẽ intelligens: quo uanitas sua tenderet: deposito paludamento: assumptaque ueste pulla supplex Cæsari factus uitam & bona impetrauit: perpetuo quidem mulctatus exilio. Taurus Cæsaris præfectus totam pene Siciliam ferro pertentatam: conteritamque i fidem recepit .xliiii. legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erãt. Milites multitudine ferociores quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt.

De Antonio uicto & mortuo. Cap. 17

Sed Cæsar animo ingens .xx. M. militum exauctorauit .xxx. M. seruorum dominis restituit .vi. M. quorum domini nõ extabãt: in crucem egit. Ouans urbem ingressus: ut in perpetuum tribunitiæ potestatis esset: a senatu decretum est. His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit: ac per totum diem largissimo riuo fluxit. Antonius uero postquam Araxem transmisit: omnibus undique malis circumuentus: tandem Antiochiam cum paucis rediit. Nam cum multitudine equitum & sagittariorum ab omnibus præliis: quæ plura tentauit uictus effugeret: tũ præterea incertis & ignotis locis impeditus grauissima fame ad nefados cibos coactus est, plurimique militum sese hostibus dediderunt. Inde in Græciam transiit, iussitque Pompeiũ: qui uictus a Cæsare exercitum: bellũq reparabat: cũ paucis ad se uẽire. Pompeius fugiẽs a Tito

& Formo Antoniãis ducibus ſæpe terreſtri naualique bello uictus & captus: ac poſt paululum iterfectus eſt. Cæſar Illyricum & Pãnoniam partẽq; Italiæ bellis ſubegit. & domuit. Antonius Artabanem Armeniæ regem proditione & dolo cepit: Quem argẽtea catena uinctum ad confeſſionem thеſaurorum regiorum coegit. Expugnatoque oppido: in quo cõditos eſſe ꝓdiderat: magnã uim auri argentique abſtulit: Qua elatus pecunia denuntiari bellũ Cæſari/atq; Octauiæ ſorori Cæſaris & uxori ſuæ repudium idici iuſſit. & Cleopatram ſibi ex Alexandria occurrere impauit. Ipſe Actiũ: ubi claſſem cõſtituerat profectus: cum ꝓpe tertiam partem remigum fame abſumptam offendiſſ&: nihil motus: remi inquit modo ſalui ſint. Nam remiges non deerunt: quoad Græcia homines habuerit. Cæſar. ccxxx. roſtratis nauibus a Brũduſio in Epirum profectus eſt. Agrippa uero præmiſſus a Cæſare multas onerarias naues frumento atque armis graues ab Aegypto/ Syria/ Aſiaque ad ſubſidiũ Antonio uenientes cepit. Peragratoq; Pelopõnenſiũ ſinu Methonã urbem ualidiſſimo Antoniano præſidio monitam expugnauit. Inde Corcyram cepit. fugientes nauali prælio perſequtus profligauit. multiſque rebus cruentiſſime geſtis ad Cæſarem uenit. Antonius defectu & fame militum ſuorum cõmotus bellum inſtituit maturare. ac repente iſtructis copiis ad Cæſaris caſtra proceſſit. & uictus eſt. tertio poſt pugnã die caſtra Antonius ad Actium tranſtulit nauali prælio dimicare paratus. ccxxx. roſtratæ fuere Cæſaris naues. &. xxx. ſine roſtris triremes uelocitate liburnicis pares: & octo legiones claſſi ſuperpoſitæ abſque cohortibus. v. prætoriis. Claſſis Antonii. clxx. nauium fuit: quantum numero cedens: tantum magnitudine præcellens. Nam. x. pedum altitudine a mari aberat. Famoſum & magnum hoc bellum apud Actium fuit. Ab hora quinta uſque ĩ horam ſeptimam: incerta uincendi ſpe grauiſſimæ utrinque cædes actæ. reliquum diei cum ſubſequente nocte ĩ uictoriam Cæſaris declinauit. Prior regina Cleopatra cum. lx. uelociſſimis nauibus fugit. Antonius quoque detracto iſigni prætoriæ nauis fugiẽtẽ ſecutus uxorem ẽ. Illuceſcẽte iam die uictoriam Cæſar conſummauit. xii. M. ex uictis cecidiſſe referũtur. vii. M. uulnerata ſunt: e quibus. M. inter curandum defecerunt. Antonius & Cleopatra cõmunes liberos cum parte regiæ gazæ ad rubrum mare præmittendos cenſuerunt. ipſi præſidiis circa duo Aegypti Peluſiũ Parethoniũq; diſpoſitis claſſem & copias inſtaurando bello parauerunt. Cæſar ſextũ ĩpator appellatus: & quartum ipſe cum Marco Lycinio Craſſo conſul Brunduſium uenit: ibique orbis terrarum præſidia diuiſis legionibus cõpoſuit: Inde ĩ Syriã: mox Peluſium adiit: ubi ab Antonianis præſidiis ultro ſuſceptus eſt. Interea Cornelius Gallius præmiſſus a Cæſare. iiii. legiones: quas Antonius apud Cyrenas præſidii loco cõſtituerat: ſuſcepit in fidem. atq; inde Parethoniũ prima Aegyptia Libyæ parte ciuitatem uicto cepit Antonio. ipſumque continuo

apud Pharum uicit. Antonius equeſtre aduerſus Cæſarem bellum iniit. in eo quoque miſerabiliter uictus aufugit. Kalendis ſextilibus prima luce Antonius cum ad inſtruendam claſſem in portum deſcenderet: ſubito uniuerſæ naues ad Cæſarem tranſierũt. Cumque unico præſidio ſpoliatus eſſet: trepidus ſe cũ paucis recepit in regiam. Deinde imminente Cæſare turbataque ciuitate idẽ Antonius ſeſe ferro tranſuerberauit: ac ſemianimis ad Cleopatrã i monumẽtum: in quod ſe illa mori certa condiderat: perlatus eſt. Cleopatra poſtquam ſe ad triũphum ſeruari intellexit: uoluntariam mortem petens: ſerpentis: ut putatur: morſu in ſiniſtro tacta brachio exanimis inuenta ẽ: fruſtra Cæſare etiã pſyllos admouente: qui uenena ſerpentium e uulneribus hoĩum hauſtu reuocare atque exugere ſolent. Cæſar Alexandria urbe omniũ lõge opulentiſſima & maxima uictor potitus eſt. Nam & Roma in tantum opibus eius aucta ẽ: ut propter abundantiam pecuniarũ duplicia: quã uſque ad id fuerãt: poſſeſſionum: aliarumque rerum uenaliũ precia ſtatuerẽtur. Occiſi ſunt iuſſu Cæſaris maior Antonii filius & Publius Caninius ĩfeſtus ſemp Cæſari ſed & Antoio infidus. & Caſſius Parmenſis ultia uiolati patris Cæſaris uictima. & Quĩtus Ouinius ob eam maxime notã: quod obſcœniſſime lanificio: textrinoque reginæ ſenator populi Romani præeſſe nõ erubuerat. Debinc Cæſar pedeſtribus copiis in Syriam uenit. deinde in Aſiam ad hyberna conceſſit. ac poſt p Græciam Brunduſium peruectus eſt.

Hic Cæſar primum impator Auguſtus eſt ſalutatus. Cap. 18

a Nno ab urbe. dccxxvi. ipſo imperãte Cæſare Auguſto & Lucio Appuleio conſulibus: Cæſar uictor ab oriente rediẽs octauo idus ianuarii urbẽ triplici triumpho ingreſſus eſt. ac tum primũ ipe Iani portas: ſopitis omibus: finitiſque bellis ciuilibus clauſit. Hoc die primum Auguſtus conſalutatus eſt. Quod nomen cũctis ãtea inuiolatũ: & huc uſque cæteris inauſum dominis tantum orbis licite uſurpatum apicẽ declarat imperii. atque ex eodem die ſumma rerum ac poteſtatum penes unũ coepit eſſe. & manſit: quod Græci monarchiam uocant. Porro autem hunc eſſe eundem diem: hoc eſt octauo idus ianuarias: quem nos epiphaniam: hoc eſt apparitionem: ſiue maĩeſtationem dominici ſacramenti obſeruamus: nemo credentium ſiue etiam fidei cõtradicẽtium neſcit. De quo noſtrae iſtius fideliſſimæ obſeruationis ſacramento uberius nũc dicere nec ratio: nec locus flagitat: ut & quærentibus reſeruaſſe: & negligentibus nõ ingeſſiſſe uideamur. Hoc autem fideliter cõmemoraſſe ideo par fuit: ut per omnia uẽturi chriſti gratia præparatum Caeſaris imperium comprobetur. Nam cum primum Gaio Caeſare auunculo ſuo iterfecto ex Apollonia rediẽs urbẽ ingrederetur:

hora circiter tertia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciē cœlestis arcus orbem solis ambiit: quasi unum eum ac potissimum in hoc mundo/solumque clarissimum in orbe monstraret: cuius tempore uenturus esset: qui ipsum solem solus: mundumque totum & fecisset & regeret.

De restaurarione seruorum dominis. Cap. 19

d Deinde cū secūdo i Sicilia receptis a Pōpeio & Lepido legiōibus .xxx. seruorū. M. dominis restituisset &. xliiii. legiones solus ipio suo ad tutamen orbis terrarum distribuisset: ouansque urbem ingressus omnia superiora populi Romāi iperatori debita donāda litterarum etiam monumentis nedum aboleri censuisset: in diebus ipsis fons olei largissimus: sicut superius expressi: de taberna meritoria p totū diē fluxit. Quo signo quid euidentius: quam i diebus Cæsaris toto orbe regnātis futura christi natiuitas declarata est? christus enim lingua gentis: in qua/& ex qua natus est: unctus interpretatur. Itaque cum eo tempore: quo Cæsari perpetua tribunicia potestas decreta est: Romæ fons olei per totum diem defluxit. Sub principatu Cæsaris Romano imperio per totum diem: hoc est p omne Romāi tempus imperii: christū & ex eo christianos/idest unctum/atq; ex eo unctos: de meritoria taberna: hoc est de hospitali largaque ecclesia affluenter atque incessabiliter processuros: restituendosque per Cæsarem omnes seruos: qui tamen cognoscerent dominum suum: cæterosque: qui sine domino iuenirentur: morti suplicioque dedendos: remittendaque sub Cæsare debita peccatorum in ea urbe: in qua spontaneum fluxisset oleum: euidentissima his: qui prophetarum uoces non audiebant: signa in cœlo & terra prodigia pdiderūt. Tertio autem cum urbem triumphans quintum consul ingressus ē: eo scilicet die: quem supra nominauimus: cū & Ianum post. cc. annos primū ipse clausit: & clarissimum illud Augusti nomen assumpsit: quid fidelius ac uerius credi: aut congnosci pōt: concurrentibus ad tantam manifestationem pace/nomie/die: quam hunc occulto quidem gestorum ordine ad obsequū præparationis eius prædestinatum fuisse: qui eo die: quo ille manifestandus mūdo post paululum erat: & pacis signum prætulit. & potestatis nomen assumpsit? Quid aūt in quarto reditu cum finito Cantabrico bello: pacatisque omnibus gentibus Cæsar urbem repetiit: ad contestationem fidei: quam exprimimus actum sit: ipso ordine melius proferetur.

Hic dicitur ubi Cæsar in Hilpania uti gentes legibus suis probibēs Iani portas aperuit. Cap. 20.

a Nno ab urbe cõdita.dccxxvi.iperatore Auguſto Cæſare ſexies. & bis Marco Agrippa conſulibus:Cæſar parum in Hiſpania p .cc.annos actum intelligens : ſi Cantabros atque Aſtures duas fortiſſimas gentes Hiſpaniæ ſuis uti legibus ſineret:aperuit Iani portas.atque in Hiſpanias ipſe cum exercitu profectus eſt.Cãtabri & Aſtures Galleciæ prouinciæ portio ſunt:qua extentum Pyrenei iugũ haud procul ſecundo oceano ſub ſeptentrione deducitur.Hi nõ ſolum propriam libertatẽ tueri parati:uerum etiã finitimorum præripere auſi: Vacceos & Gurgonios & Aurigonas aſſiduis eruptionibus populabãtur.Igitur Cæſar apud Segiſſamam caſtra poſuit:tribus agminibus totam pene amplexus Cantabriã. Diu itaque fatigato fruſtra:atque ĩ periculum ſæpe deducto exercitu:tandem ab Aquitanico ſinu p oceanum ĩcautis hoſtibus admouere claſſem : atq̃ exponi copias iubet. Tunc demum Cantabri ſub mœnibus Belgicæ maxĩo cõgreſſu belli euicti ĩ Vinnium montem natura tutiſſimum confugerunt:ubi obſidiõe famis ad extremum pene conſumpti ſunt. Aracillum deinde oppidũ magna ui ac diu repugnans poſtremo captum ac dirutum eſt. Præterea ulteriores Galleciæ partes:quæ montibus ſiluiſq̃ conſitæ oceano terminãtur:Antiſtius & Firmius legati magnis grauibuſque bellis perdomuerunt. Nã & Medulliũ montem Minio flumini imminentem : in quo ſe magna multitudo hominũ tuebatur per.xv.M.paſſuum foſſa circũſeptũ obſidiõe cinxerunt. Itaque ubi ſe gens hominum trux natura & ferox:neque tolerandæ obſidioni ſufficientẽ: neque ſuſcipiendo bello parem intelligit : ad uoluntariam mortem ſeruitutis timore concurrit.Nam ſe pene omnes certatim igne/ferro ac ueneno neca/uerunt. Aſtures uero poſitis caſtris apud Aſturam flumen Romanos : niſi proditi præuentique eſſent:magnis conſiliis uiribuſque oppreſſiſſent. Tres legatos cum legionibus ſuis in tria caſtra diuiſos tribus æque agmĩbus obruere repente moliti ſuorum proditione detecti ſunt.Hos poſtea Cariſius bello exceptos nõ parua etiam Romanorum clade ſuperauit. Pars eorũ prælio elapſa Lanciam confugit.Cumque milites circũdatam urbem incendio adoriri pararent:dux Cariſius & a ſuis ceſſationem impetrauit incẽdii:& a barbaris uoluntatem deditionis exegit. Studioſe enim nitebatur integram atq̃ incolumẽ ciuitatem uictoriæ ſuæ teſtem relinquere.Cantabricæ uictoriæ hũc honorẽ detulit Cæſar:ut tunc quoque belli portas clauſtro cohiberi iuberet.Ita tunc ſecũdo per Cæſarem quarto poſt urbẽ conditam:clauſus eſt Ianus.Poſt hoc Claudius Druſus priuignus Cæſaris Galliam Rhetiamque ſortitus maximas fortiſſimaſque gẽtes Germaniæ armis ſubegit.Nam tũc ueluti ad cõſtitutũ diem pacis feſtinarent:ita omnes ad experiẽtiam belli:deciſionem ue fœderis undatim gentes cõmouebãtur:aut ſuſcepturæ conditionẽ pacis:ſi uincerẽtur aut uſuræ qeta libertate:ſi uincerẽt Norici/Illyrii/Pãnonii/Dalmatæ.Mœſii/

Usipetes

Thraces/& Daci/Sarmatæ/plurimiq̃ & maximi Germãiæ populi p diuersos duces uel iuperati:uel repressi:uel etiã obiectu maximorum fluminũ Rheni Danubiique secluſi ſunt. Druſus i Germania prio Suſeptes:deide Tencteros/ & Cathos perdomuit. Marcomannos pene ad internicionem cecidit. Poſtea fortiſſimas nationes:& quibus natura uires: cõſuetudo experiẽtiã uiriũ dabat: Cheruſeos/Sueuos & Sycãbros pariter uno bello:ſed etiam ſuis aſpo ſupauit: Quoꝝ ex eo conſiderari uirtus ac feritas poteſt:quod mulieres quoq̃ eorum ſiquando præuentu Romanorum inter plauſtra ſua concludebantur:defici/ ẽtibus telis:uel qualibet re:qua uelut telo uti furor poſſit:paruos filios colliſos humi in hoſtiũ ora iaciebant:in ſingulis filiorum necibus bis parricidæ. Tũc ẽt i Aphricã Vfulanos/& Getulos latius uagãtes Coſſus dux Cæſaris artatis finibus coercuit. atque Romanis limitibus abſtinere metu compulit. Interea Cæſarem apud Tarraconem citerioris Hiſpaniæ urbem legati Indorum & Scythariũ toto orbe tranſmiſſo tandem ibi inuenerunt:ultra quod iã quærere non poſſent. Refuderunt in Cæſarem Alexandri Magni gloriam:quem ſicut Hiſpanorum Gallorumque legatio in medio oriente apud Babylonem cõ/ templatione pacis adiit:ita hunc apud Hiſpaniam in occidẽtis ultimo ſupplex cũ gentilicio munere Eous Indus & Scytha Boreus orauit. Cãtabrico bello per.v.annos acto:totaque Hiſpania i æternam pacem cum quadã reſpiratiõe laſſitudinis reclinata ac repoſita Cæſar Romam rediit: Quibus etiã diebus multa per ſe multaq̃ p duces & legatos bella geſſit. Nã iter cæteros & Piſo ad uerſũ Vindelicos miſſus ẽ:Quibus ſubactis uictor ad Cæſarẽ Lugdunũ uẽit. Pãnonios nouo motu intumeſcẽtes: Tiberius Priuignus Cæſaris cruẽtiſſima cæde deleuit. Idẽque cõtinuo Germanos bello arripuit:e quibus.xl.M.capti/ uos uictor adduxit:Quod reuera bellum maximum & formidoloſiſſimũ.xv. legionibus per triennium geſtum eſt. nec fere ullũ maius bellũ ſicut Suetoius atteſtatur poſt Punicum fuit. Sub eodẽ uero tempore Quitilius Varus cũ tribus legionibus a Germanis rebellantibus mira ſuperbia atque auaricia in ſubiectos ſe agẽs:funditus deletus eſt. Quam rei publicæ cladem Cæſar Au/ guſtus adeo grauiter tulit:ut ſæpe p ui doloris caput parieti collidens clãaret: Quintili Vare redde legiones. Boſforanos uero Agrippa ſuperauit: & ſignis Romanis:quæ illi quondã ſub Mithridate ſuſtulerant:bello recupatis: uictos ad deditionem coegit. Parthi quaſi toto terrarũ orbe uel domito :uel pacato omnium oculis ſignarentur:atque in ſe ſolos oĩs uigor Romani ĩpii uertẽdus eſſet. quippe quos priſtina ulciſcendæ Craſſianæ cædis conſciẽtia mordebat. ultro ſigna:quæ Craſſo interfecto abſtulerant:ad Cæſarem remiſerũt:regiiſq̃ obſidibus traditis firmũ fœdus fideli ſupplicatione meruerũt. Anno ab urbe condita.dcc.lii. Cæſar Auguſtus ab oriente in occidentem . a ſeptentrioue in meridiem:ac per totum oceani circulum cunctis gẽtibus una pace cõpoſitis

Iani portas tertio ipſe clauſit. Quas æuo per.xii.fere annos quietiſſimo ſemp obſeratas ocio ipſa etiam rubigo ſignauit. nec prius unquam:niſi extrema ſenectute Auguſti pulſatæ Athenienſium ſeditione & Dacorum commotione patuerant. Clauſis igitur Iani portis rem publicã:quam bello quæſiuerat pace enutrire:atque amplificare ſtudens:leges plurimas ſtatuit:p quas humanum genus libera reuerẽtia diſciplinæ morem gereret. Domini appellationẽ: ut hõ declinauit. Nam cũ eodem ſpectãte ludos pronũciatũ eſſet a quodam mimo: o dominum æquum & bonum. uniuerſique quaſi de ipſo dictum eẽ exultãtes approbauiſſent: ſtatim quidem manu uultuque ĩdecoras adulatiões repreſſit. & in ſequenti die grauiſſimo corripuit edicto. dominumque ſe poſt hoc appellari ne a liberis quidem: aut nepotibus ſuis uel ſerio uel ioco paſſus ẽ. Igitur eo tempore ideſt eo ãno:quo firmiſſimam ueriſſimamque pacem ordinatiõe dei Cæſar compoſuit:natus eſt chriſtus:cuius aduentui pax iſta famulata ẽ: in cuius ortu audientibus hominibus exultantes angeli cecinerunt gloria in excelſis deo & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. eodemque tempore hic: ad quem rerum omnium ſumma conceſſerat:dominum ſe omnium appellari non paſſus eſt: immo non auſus: quia uerus dominus totius generis humani inter homines natus erat. eodemque anno tunc primum idem Cæſar:quẽ his tantis myſteriis prædeſtinauerat deus:cenſum agi ſingularum ubique prouinciarum:& cenſeri oẽs homines iuſſit:quando & deus hõ uideri & eẽ dignatus eſt. Tunc igitur natus eſt chriſtus:Romano cẽſui ſtatim aſcriptus:ut natus eſt. Hæc ẽ prima illa clariſſimaque ꝓfeſſio: quæ Cæſarem oĩum principem: Romanoſque dominos rerum ſigillatim cunctorꝝ hominum edita aſcriptiõe ſignauit:in qua ſe & ipſe: qui cunctos homines fecit ĩueniri hoĩem:aſcribique inter hoĩes uoluit:Quod nũquam penitus ab orbe condito atq; ab exordio generis humani in hunc mũdum ne Babylonio qdem uel Macedonico: ut non dicã mĩori cuiquã regno cõceſſum fuit. nec dubiũ:quin oĩum cognitiõi fidei/ iſpectioniq; pateat:quod dominus noſter Ieſus chriſtus hãc urbẽ nutu ſuo auctã defenſamq; ĩ hũc rerꝝ apicẽ ꝓuexerit:cuius potiſſime uoluit eẽ:cum uenit dicẽdus utiq; ciuis Romanus cẽſus ꝓfeſſione Romani. Quã ob rem qa ad id tẽporis puentũ ẽ: quo & dominus chriſtus hũc mũdũ primũ aduentu ſuo illuſtrauit:regnumq; Cæſari trãquilliſſimũ dedit:hũc quoq; ſextũ libellum hoc fine cõcluſerim:ut germinãtia tẽpora chriſtiana magiſq; inter reprimentium manus creſcẽtia:& quæ adhuc ĩ ꝓuectu poĩta horꝝ iplorꝝ:qbus hæc reſpõdere cogimur/ ĩſectatione mordentur:ſeptĩo libello:ſi tamẽ adiuuãte domino ſuffeceri: cõprehẽdã:ut:quoniã ab initio & peccare hoĩes & puniri ꝓpter peccata non tacui:nunc quoq; quæ perſecutiões chriſtianorꝝ actæ ſunt:& quæ ultiões ſecutæ/ abſque eo:quod omnes ad peccãdum generaliter ꝓni ſunt: atque ideo ſigillatim corripiuntur:expediam.

PAVLI OROSII VIRI DOCTISSIMI IN SEPTIMVM HISTORIARVM LIBRVM PROLOGVS.

Sufficienter: ut arbitror: documenta sunt collecta: quibus absque ullo arcano: quod paucorum fidelium est: probari de medio queat: unum illum & uerum deum quē christiana fides prædicat: & condidisse mundum: creaturamque eius cum uoluit: & disposuisse per tempora multa: cum a multis ignoraretur: & confirmasse ad unum: cū p unicum declaratus est: simulque potentiam patientiamque eius multimodis argumētis eluxisse. In quo quidem angustas deiectasque mentes offendi paulisp intelligo: quod tantæ potentiæ patientia tanta miscetur. Si enim potēs erat iqunt creare mundum: componere pacem mundi: insinuare mūdo cultū ad noticiā sui: quid opus fuit tanta: uelut ipsi sentiūt & tam pnicioſa patientia: ut in ultio erroribus/cladibus/laboribusq boīum fieret: quod a prīcipio uirtute eius: quē p̄dicas: dei sic potius cœpisse potuisset? Quibus qdē ueraciter respōdere possem: ad hoc ab initio creatū & institutū hūanū genus: ut sub religione cū pace & sine labore uiuēs fructu obediētiæ æternitatem promereretur: sed abusum bonitate creatoris libertatem indulgentis in contumaciæ uertisse licentiā: atq ex contemptu in obliuionem defluxisse: iustamque nunc esse patientiam dei & iusticiam in utrāque partem: ut nec contemptus disperdat in totū: cui misereri uelit: & affici laboribus dum uelit: sinat contemptus potens. Deinde sub sequens esse: iuste semper adhibere quāuis ignoranti gubernationē: cui aliq̄do pie restituturus sit pœnitenti antiquæ gratiæ facultatem. Sed hæc quoniam & si uerissime fortissimeque dicuntur: fidelem tamē atq̄ obedientē requirūt: mihi autem si uidero aliquem ex crediturīs, certe nunc cum incredulis actio est: promptius ea proferam: quæ ipsi & si probare noluerint: improbare non possint. Itaque quantum ad conscientiam humanarū mētium pertinet: utriq̄ sub reuerentia religionis & confessione cultuque supernæ potentiæ uiuimus: distante dumtaxat fide, quia nostrum est fateri ex uno & per unum deum cōstare omnia, illorum tam multos deos putare: quam multa sunt elementa. Si potentiæ dei inquiunt quem prædicatis fuit: ut Romanum imperium tā amplum: ac tam sublime fieret: cur igitur patientiæ eiusdem obfuit: ut āte nō fieret? Quibus sub eodem uerbo respondebitur. Si potentiæ & deorum: quos prædicatis fuit: ut Romanū īperiū tā āplū: ac tā sublime fieret: cur igitur patientiæ eorundem obfuit: ut ante non fieret? an ipsi dii non dū erant? an adhuc Roma ipsa non erat? an illi non colebantur? an hæc nondū idonea ad īperium uidebatur? Si nō dū erant dii: aut potentia: cessat intentio. Vt quid enim iā ibi eorum discutio moram: ubi ne ipsam quidem inuenio naturam? Si autē erant

dū:aut potentia eorum:ut ipſi iudicant:aut/patientia in culpa eſt:uel patiẽtia ſi fuit:uel potẽtia ſi defuit:aut ſi magis ſuaſibile uidetur fuiſſe:tũc quidẽ deos: qui prouebere potuiſſent.ſed nondum extitiſſe Romanos:qui ꝓuebi iure poſſent.Nos autem auctorem rerum potentiam:nõ artificem ſcientiã quærimus. De diis quippe:ut putant:magnis:non de fabris uiliſſimis quæſtio eſt:quibus niſi materia accedat:ars ceſſat.Si enim præſciſſe illis ac uoluiſſe præſto ſemp fuit:immo etiam ſubiacente præſcientia : quia apud omnipotentiã de opibus dumtaxat ſuis hoc eſt præſcire:quod uelle:quodcũque illud præſciebatur:cui uoluntas aſtipularetur:non expectari oportuit.ſed creari: maxime cũ & Iouẽ illum ſuum aceruos formicarum in populos hominum ludo uertere ſolitum ferant.Porro autem de cura cærimoniarꝝ nec recenſendum arbitror: quoniã iter ſacra continua iceſſabilibus cladibus nullus finis.nulla requies fuit:niſi cũ ſaluator mundi chriſtus illuxit: cuius aduentui prædeſtinatam fuiſſe imperii Romani pacem:& ſuam ſufficienter oſtendiſſe me arbitror:paucis tamẽ ad huc ſupplere conabor.Principio ſecundi libelli cum tempora Romanæ con/ dicionis ſtili tenore perſtringerem:multa conuenienter inter Babyloniã urbẽ Aſſyriorum/ tũc principem gentium:& Romam nũc æque gentibus domi/ nantem compacta conſcripſi:fuiſſe illud primum:hoc ultimum iperiũ : illud paulatim cedens: at iſtud ſenſim conualeſcens defluxiſſe.illi ſub uno tempore nouiſſimum regem:iſti primum regem fuiſſe . Illam deinde tunc inuadente Cyro captam uelut in mortem concidiſſe: cunctam fiducialiter aſſurgẽtem poſt expulſos reges liberis uti cœpiſſe conſiliis:præcipue cũ uendicante liber/ tatem ſuam Roma tunc quoque Iudæorum populus:qui apud Babyloniam ſub regibus ſeruiebat:in ſanctam Hieruſalem recepta libertate redierit: tẽplũ que domini ſicut a prophetis prædictum fuerat:reformarit.Præterea inter/ ceſſiſſe dixerã inter Babyloniũ regnum:quod ab oriente fuerat:& Romanũ: quod ab occidente conſurgens hæreditati orientis enutriebatur:Macedonicũ Aphricanumque regnũ:hoc eſt quaſi a meridie/ac ſeptentrione breuibus ui/ cibus partes tutoris curatoriſque tenuiſſe.Orientis & occidentis regnũ æque Babyloniũ & Romanum iure uocitari:neminem unquam dubitaſſe ſcio.Ma cedonicum regnum ſub ſeptentrione eſſe cum ipſa cœli plaga : tũ Alexandri Magni aræ poſitæ uſque ad nũc ſub Rhypheis mõtibus docent.Carthaginẽ uero uniuerſæ præcelluiſſe Aphricæ:& non ſolum in Siciliam/Sardiniã/cæte raſque adiacentes inſulas : ſed etiam in Hiſpaniam regni termios tetendiſſe: hiſtoriarum ſimul monumenta urbiumque declarãt.Dictum ẽ etiã uaſtatæ per Medos Babyloniæ:& irruptæ per Gotos Romæ pares admodũ annorũ numeros cucurriſſe:Nunc autem his illud adiicio:quo magis clareat unũ eẽ arbitrum ſæculorum/regnorum/locorumque omnium deum . Regnũ Car/ thaginenſe a condicione uſque ad euerſionem eius paulo amplius quam .dcc.

ānis ſtetit.æque regnū Macedonicum a Carano uſque ad Perſen paulominus quā.dcc.utrūq; tamē ſeptenarius ille numerus:quo iudicātur omīa:terminat. Roma ipſa etiam quanuis ad aduentum domini noſtri Ieſu chriſti perfecto proueheretur imperio:tamē paululū & ipſa in occurſum nūeri huius offēdit.

HIC DICITVR: QVOMODO ROMA GRAVI INCENDIO VASTATA EST.

Cap. 1

n AM.dcc.condicionis ſuæ anno.xiiii. uicos eius incertum unde conſurgens flamma conſumpſit. nec unquam:ut ait Liuius: maiore incendio uaſtata eſt adeo:ut poſt aliquot annos Cæſar Auguſtus ad reparationem eorum:quæ tūc exuſta erant:magnam uim pecuniæ ex ærario publico largitus ſit. Poteram quoque oſtendere eūdem duplicatum numerum manſiſſe Babyloniæ:quæ poſt .M. cccc. & quod excurrit: annos ultima a Cyro rege capta eſt:niſi præſentium cōtemplatione reuocarer. Illud ſane libenter adiicio:quod primi illius regum omnium Nini:quanuis & pater eius Belus obſcure primus regnaſſe referatur:ānō:poſtquam regnare cœpat: .xliii.natus eſt ille ſanctus Abraam:cui dictæ ſunt repromiſſiones:ex cuius ſemine repromiſſus eſt chriſtus:deinde nunc primi iſtius imperatoꝝ omnium Auguſti Cæſaris:quanuis & pater eius Cæſar metator imperii potius: quam imperator extiterit: iſtius īquā Cæſaris:poſtea quam īperare cœpit: emenſo propemodū anno.xlii.natus eſt chriſtus:qui Abraā ſub Nino prīo rege fuerat repromiſſus. Natus eſt autem.viii. Kal. ianuarii:cum primum īcremēta omnia anni uenientis incipiūt. Ita factum eſt:ut cum Abraam .xliii.natus ſit ānō ſub fine.xlii.natiuitas chriſti conueniret:ut iam nō ipſe in parte tertii āni: ſed ī ipſo potius tertius ānus oriretur:Qui ānus q̄tis:q̄ nouis:quamq̄ inuſitatis boīs abundauerit:ſatis etiā me non proferente cōpertum haberi arbitror:toto terrarum orbe una pax omnium non ceſſatione:ſed abolitione bellorū. clauſæ Iani gemini porte extirpatis bellorum radicibus:non repreſſis cenſus ille primus & maximus fuit cum in hoc unum Cæſaris nomē uniuerſa magnarum gentium creatura iurauit. ſimulque per cōmunionem cenſus unius ſocietatis effecta eſt. Igitur ānō ab urbe condita.dccxlii.natus eſt chriſtus/ſalutarē mūdo afferens fidem:uere petra medio rerum poſita:ubi cōminueretur:q offenderet.qui crederet ſaluaretur:uere ignis ardens:quē qui ſequitur: illuminatur. qui tentat exuritur. Ipſe eſt chriſtus chriſtianorū caput. ſaluator bonorū. malorꝝ punitor. iudex omnium:qui formā ſecuturis uerbo & opere ſtatuens: quo magis doceret:patientes in p̄ſecutionibus:quas pro uita æterna excipēt:

esse oportere: mox: ut uirginis partu editus mundo apparuit: a passioibus suis coepit. Naque eum rex Iudeæ Herodes simul ut natum comperit: necare decreuit. plurimosque tunc paruulos: dum unū insectatur: occidit. Hic malignis improbe incurrentibus digna punitio est. Hinc in quantum tranquille agitur mundus: credentium gratia. inquantum perniciose inquietatur: blasphematiū poena ē: securis per omnia christianis fidelibus: quibus aut æternæ uitæ reqes in tuto: aut etiam huius in lucro est. Quod promptius cū per ordiem referā: ipsis rebus ostendam. Postquam redemptor mundi dominus Iesus christus uenit in terras: & Cæsaris censu ciuis Romanus ascriptus est: dum per. xii. ut dixi ānos: clausæ belli portæ beatissimæ pacis trāquillitate cohiberētur: Gaiū nepotem suum Cæsar Augustus ad ordinandas Aegypti Syriæq̄ prouincias misit. Qui præteriens ab Aegypto fines Palæstinæ apud Hierosolymam in templo dei tunc sancto & celebri adorare contempsit: sicut Suetonius Tranquillus refert. Quod ut Augustus comperit: prauo usus iudicio eū prudēter feciſſe laudauit. Itaque āno imperii Cæsaris. xlviii. adeo dira Romanos fames consecuta est: ut Cæsar lanistarum familias: omnesque peregrinos: seruorum quoque maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus trudi urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctum dei: & correpto per famem populo: quantitatē offensionis qualitas ultionis ostēdit. Deide: ut uerbis Cornelii Taciti loquar: sene Augusto Ianus patefactus: dū apud extremos terraꝝ termios nouæ gentes sæpe ex usu: & aliquando cū damno quæruntur: usque ad Vespasiani durauit imperium. Huc usque Cornelius. Cæterū & tunc capta euersaq̄ urbe Hierosolymarum: sicut prophetæ pronuntiauerunt: extinctisque Iudæis Titus: qui ad uindicandum domini nostri Iesu christi sanguinem iudicio dei fuerat ordinatus: uictor triumphans cū Vespasiano patre Ianū clausit. Igitur & si sub extremis Cæsaris tēporibus apertus est Ianus: tamen p multa tēpora ex eo: quanuis in procinctu esset exercitus: nulla bella sonuerunt. Vnde etiam dominus Iesus christus in euangeliis: cum temporibus illis ī summa trāquillitate uniuersus mundus ageret: cūctasque gētes pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset de condicione temporum subsequentium: inter cætera sic ait. Audituri autem estis prælia & opiniones præliorum. uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primum fieri. sed non dum est finis. Cōsurget enim gens in gentem. & regnum in regnum. & erunt pestilentiæ & fames & terræ motus per loca. Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent uos ī tribulationem. & occident uos. & eritis odio omnibus gentibus ꝓpter nomē meum. Hoc autē diuina ꝓuidentia docēs & credētes præmonēdo firmauit. & incredulos prædicādo cōfudit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxvii. post mortē Augusti Cæsaris Tiberius cæsar imperium adeptus est. mansitque in eo ānis .xxiii. Hic per semetipsum nulla bella gessit. sed ne per legatos quidem aliqua

grauia:nisi quod tantum ī aliquantis locis præcogniti cito gentium tumores comprimebantur. Sane.iiii.imperii eius anno Germanicus Drusi filius:Caligulæ pater de Germāis:ad quos ab Augusto sene missus fuerat:triūphauit. Ipse autem Tiberius plurima imperii sui parte cū magna & graui modestia rei publicæ præfuit adeo:ut quibusdam præsidibus augenda ,puinciis tributa suadentibus scripserit.Boni pastoris esse tondere pecus:nō deglubire.At post quam passus est dominus Iesus christus : atque a mortuis resurrexit . & discipulos suos ad prædicandum misit: Pilatus præses Palæstinæ prouinciæ ad Tiberium imperatorem atque ad senatum retulit de passiōe & resurrectione christi:consequentibusque uirtutibus:quæ uel per ipsum factæ fuerant:uel p discipulos ipsius in nomine eius fiebant:& de eo:quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur.

Hic Tiberius cæsar retulit ad senatum:ut christus deus haberetur. Cap.2

Tiberius cū suffragio mangni fauoris retulit ad senatum:ut christus deus haberetur.Senatus indignatione motus:quod non sibi prius secundum morem delatum esset : ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret:cōsecrationem christi recusauit. edictoque constituit exterminandos esse ex urbe christianos . præcipue cum & Seianus præfectus Tiberii suscipiendæ religioni obstinatissime cōtradiceret.Tiberius tamen edicto accusatoribus christianorum mortem cōminatus est . Itaque paulatim imminuta est illa Tiberii cæsaris laudatissima modestia in pœnam contradictoris senatus.Nam regi quæcūque uoluntate faciebat:uolūtas erat. atque ex mansuetissimo principe sæuissima bestia exarsit . Nā plurimos senatorum proscripsit.& ad mortem coegit. Vigīti sibi patricios uiros consilii cā legerat.Horum uix duos incolumes reliquit . cæteros diuersis causis necauit. Seianum præfectum suum res nouas molientem interfecit.Filos suos Drusū & Germāicum:quorum Drusus naturalis: Germanicus adoptiuus erat:manifestis ueneni signis perdidit.Filios Germanici filii sui interfecit.Referre sigillatim facta eius horret animus pudetque.tāta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit:ut qui spreuerant christo rege saluari:rege cæsare punirētur.Huius tamen imperii anno.xii. noua & incredibilis clades apud Fidenatium urbem accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatorum munus spectante collapsa est.& plus quam.xx.M.hominum occidit.Diguum sane posteris tantæ correptionis exemplum : tunc ad spectandas hominum mortes auidos homines conuenisse:quando pro salute hominum prouidenda deus hō esse uoluisset.

Hic dicit:ubi dominus passus est.& quod terræ motus factus ē p orbē. Cap.3

Einde anno eiusdem.xv.cum dominus christus Iesus uoluntarie
d quidem se tradidit passioni:sed impie a Iudæis apprehensus:& pa
tibulo suspensus est:maximo terræ motu per orbem facto saxa ī
montibus scissa sunt.maximarumque urbium plurimæ ptes plus
solita concussione ceciderunt.Eadem quoque die ad horam diei sextam sol in
toto orbe obscuratus.tetraque nox subito obducta terris est. &:sicut dictum
est:impiaque æterna timuerunt sæcula noctem. Vsque adeo autem neq̄ lunā
lumini solis.neque nubes obstitisse manifestum est:ut.xiiii.lunam ea die tota
cœli regione interiecta longissime a conspectu solis abfuisse.& stellas tūc di/
urnis horis:uel potius ī illa horrēda nocte toto cœlo fulsisse referatur. Quod
non solum sanctorum euangeliorum fides:sed etiam aliquanti Græcorū libri
attestantur.Iam hinc post passionem domini: quē Iudæi quātum ī ipsis fuit
persecuti sunt:continuæ clades Iudæorum:donec exinaniti dispersiq̄ deficiāt:
incessabiliter perstrepunt.Tiberius siquidem iuuētutem eorum per speciem
sacramenti in prouincias grauioris cœli relegauit. reliquos gētis eiusdem. uel
similia sectātes urbe submouit sub pœna perpetuæ seruituti:nisi obtēpassēt.
Sane Asyæ ciuitates illo terræ motu dirutas tributo dimisso propria etiā li/
bertate donauit.Hic ambiguis signis ueneni obiit.Anno ab urbe cōdita.dcc.
.lxxxx.tertius ab Augusto Gaius Caligula cœpit regnare. mansitque ī iperio
annis non plenis.iiii.homo āte se omnium flagitiosissimus.& qui uere dignus
Romanis blasphemantibus:& Iudæis persecutoribus punitor adhibitus uide
retur.Hic:ut breuiter magnitudiem crudelitatis eius exprimam: exclamasse
fertur. Vtinam populus Romanus unam ceruicem haberet. Sæpe etiam de
condicione temporum suor conquestus ē:quod nullis calamitatibus publicis
insignirentur.O beata germina temporis christiani quantum præualuistis in
rebus humanis:ut etiam crudelitas hominis magis potuerit clades desiderare:
quam inuenire.Ecce de tranquillate generali feritas ieiuna cōqueritur.Furor
impius intus sæua sedens super arma:& centum uinctus abenis post tergum
nouis:fremit horridus ore cruēto. Serui fugitiui/& rebelles gladiatores pter/
ruere Romam.euertere Italiam .Siciliam deleuere:iam pene uniuerso hūano
generi toto orbe metuendi.In diebus autē salutis hoc est temporibus christi
anis conuellere quietem nō potest uel Cæsar infestus.hic siquidem magno &
incredibili apparatu profectus quærere hostem uiribus ociosis: Germaniam
Galliamque percurrens/in ora oceani circa prospectum Britanniæ restitit.
Cūque ibi Minocynobellinum Britannorum regis filium:quia patre pulsus
cum paucis oberrabat:in deditionē recepisset:deficiente belli materia Romā
rediit.Iisdem autem diebus Iudæi:qui iam tunc ob passionem christi meritis
ubique cladibus exagitabantur:apud Alexādriam seditione excitata ꝓfligati
cæde: atque ab urbe pulsi expromendarū querelarū causa Philonē quendam

uirum ſane imprimis eruditum legatum ad Cæſarem miſerunt. Sed Caligula cum omnibus hominibus tum præcipue Iudæis eſſet infeſtiſſimus: ſpreta legatione Philōis omnes Iudæorum ſacras ædes atque inprimis antiquum illud in Hieroſolymis ſacrarium propbanari ſacrificiis gentilium: ac repleri ſtatuis: ſimulacriſque imperauit: ſeque ibi: ut deum coli præcepit. Pilatus autem præſes: qui ſententiam damnatiois in chriſtum dixerat: poſtquam plurimas ſeditiones in Hieroſolymis expleuit & fecit: tantis irrogante Gaio angoribus coartatus eſt: ut ſua ſe tranſuerberans manu malorum compendium mortis celeritate quæſierit. Gaius uero Caligula libidinibus ſuis ēt illud ſceleris adiecit: ut ſorores ſuas primum ſtupro pollueret: deinde exilio dānaret: Qui poſt omnes ſimul exules iuſſit occidi. Ipſe autem a ſuis protectoribus occiſus eſt. Duo libelli in ſecretis eius reperti ſunt: quorum alteri pugio. alteri gladius pro ſigno nominis aſcriptus erat: ambo lectiſſimorum uirorum utriuſque ordinis ſenatorii & equeſtris nomina & notas continebant morti deſtinatorū. Inuēta eſt & arca ingens uariorū uenenorū pocula continens. Quibus mox Claudio cæſare iubente demerſis infecta maria traduntur nō ſine magno piſciū exitio: quos enecatos p proxīa litora paſſim æſtus eiecit. Magnū uero indiciū miſerentis dei propter ſuffragium gratiæ in populum cōtinuo ex parte crediturū. & propter iræ temperamentum in populum tunc infideliter obſtinatum: ut quanta multitudo hominum præparatam mortem euaſerit: ex multitudine interfectorum piſcium diſceretur: omnibuſque noteſceret: quid tanta ueneni moles arte aucta agere in miſeram ciuitatem potuiſſet: quæ negligēter effuſa etiam maria corrupit.

Hic dicitur: ubi primū uenit Romā beatus Petrus apoſtolus ſub Claudio.

Cap. 4

a nno ab urbe cōdita. dcc. lxxxv. Tiberius Claudius ab Auguſto quartus regnum adeptus eſt. manſitq̄ in eo annos. xiiii. Exordio regni eius Petrus apoſtolus domini noſtri Ieſu chriſti Romam uenit. & ſalutarem cūctis credētibus fidem fideli uerbo docuit. potētiſſimiſque uirtutibus approbauit. Exī chriſtiāi Romæ eſſe cœperunt. ſenſitque hoc collatum fidei ſuæ Roma beneficium. Nam: cum interfecto Caligula multa mala de abrogando imperio ac re publica in antiqū ordinem reſtituēda: euertendaque penitus cæſarum uniuerſa familia ſenatus & cōſules decreuiſſent: Claudius mox ut confirmauit imperium: magna atque adhuc Romæ incognita uſus clementia: ne in tantam nobilium multitudinē ultio: ſi eſſet cœpta: ſæuiret: iudiciū illud: quod ex rei publicæ ſtatu infeliciter conſultatum actumque fuerat: memoriæ exemit. omniumque factorū dictorūue ī eo ueniam & obliuionem ī perpetuum ſanxit. Ita illam præclarā & famoſam

Atheniẽsium amneſtiam: quam quidem Romæ inducere Iulio cæſare iterfecto ſenatus Ciceroẽ ſuadẽte tentauerat: ſed & Octauiano & Antonio ꝓpter ultionem extincti Cæſaris irrumpentibus in irritum ceſſerat: hanc Claudius quanuis multo truculentiore cauſa in cædem conſpiratorum ſtimularetur: ultronea clementia nullo expetente firmauit. Accidit etiam eodem tempore præſentis gratiæ dei grande miraculum. Siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus: bellum ciuile molitus legiones multas fortiſſimaſq̃ ad ſacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dicto: ut in unum undique ad nouum imperatorem cõueniretur: neque aquilæ ornari, neque cõuelli quo quo modo ſigna: moueriue potuerunt: exercitus tanta & tam inuſitata miraculi fide motus & conuerſus ĩ pœnitentiam imperatorem Scribonianum .v. ſtatim die deſtitutum interfecit, ſeſeque ſacramento prioris militiæ cõtinuit. Triſtius ac pernicioſius urbi Romæ nihil unquam fuiſſe, quam bella ciuilia: ſatis notum eſt. Itaque propter aduentũ apoſtoli Petri & tenera chriſtianorũ germina uix dũ adhuc pauca ad ſanctæ fidei profeſſionem erũpentia banc exorientem tyrannidem & conſurgens iſtud ciuile bellum quiſnam diuinitus eẽ compreſſum neget: qui præteritis temporibus de compreſſione bellorꝫ ciuiliũ ſimile probarit exemplum? Claudius, iiii. imperii ſui anno: cupiẽs ſe utilem rei publicæ oſtentare principem: bellum ubique & uictoriam undecũq̃ quæſiuit. Itaque expeditionem in Britanniam mouit: quæ excitata in tumultũ propter non redbibitos tranſfugas uidebatur. tranſuectuſque in inſulam eſt: quã neque ãte Iulium Cæſarem: neque poſt eum quiſquam adire auſus fuerat. Ibique: ut uerbis Suetonii Trãquilli loquar: ſine ullo prælio ac ſanguine ĩtra pauciſſimos dies plurimã inſulæ partem ĩ deditionem recepit. Orchadas etiã inſulas ultra Britanniam in oceano poſitas Romano adiecit imperio. ac ſexto q̃ profectus erat menſe Romã rediit. Conferatur nunc: ſi cuiquam placet inſula & inſula. tempus & tempus. bellũ & bellum: cæſar & cæſar. Nam de fine nihil profero: quoniam hoc fœliciſſima uictoria. illud acerbiſſima clades fuit. & ſic demũ Roma cognoſcat per eius latentẽ prouidentiã in agendis rebus ãtea ſe partem fœlicitatis habuiſſe: cuius agnitione ſuſcepta pleniſſima fœlicitate ꝓfruitur: in quantũ non tamẽ blaſphemiarũ offendiculis deprauatur. Eodẽ anno ĩperii eius fames grauiſſima per Syriã facta eſt: quã etiã ꝓphetæ præuuntiauerãt. ſed chriſtianorꝫ neceſſitatibus apud Hieroſolymã conuectis ab Aegypto frumẽtis Helena Adiabenorũ regina cõuerſa ad fidẽ chriſti largiſſime miſtrauit. Anno ĩperii eius .v. ĩ Theraã & Theraſiã inſulas: de profundo emicuit belua .xxx. ſtadiorũ extenta ſpatio. Anno eius .vii. ſub procuratore Iudeæ Cumano in Hieroſolymis tanta ſeditio in diebus azimorum exorta eſt: ut in portarũ exitu populo coartato .xxx. M. Iudæorum cæde proſtrata: & compreſſione ſuffocata referant. Anno eiuſdẽ .ix. expulſos ꝑ Claudiũ urbe Iudæos Ioſephus

refert. ſed me magis Suetonius mouet: qui ait hoc modo. Claudius Iudæos impulſore chriſto aſſidue tumultuantes Roma expulit: Quod utrum contra chriſtum tumultuantes Iudæos coerceri & comprimi iuſſerit: an etiã chriſtianos ſimul: uelut cognatæ religionis homines uoluerit expelli: nequaquam diſcernitur. Verũtamen ſequenti ãno tanta fames Romæ fuit: ut medio foro imperator correptus a populo conuiciis & fragminibus panis turpiſſime infeſtatus ægre per pſeudotyrum in palatium refugiens: furorem excitatæ plebis euaſerit. Paruo autem intercedente tẽpore. xxxv. ſenatores &. ccc. ſimul eqtes Romanos minimis cauſis interfecit. ipſe autem maĩfeſtis ueneni ſignis mortuus ẽ. Anno ab urbe condita. dcccviii. Nero cæſar ab Auguſto. v. pricipatũ adeptus eſt. manſitque in eo annis non pleniș. xiiii. Gaii Caligulæ auunculi ſui erga omnia uitia ac ſcelera ſectator: immo tranſgreſſor. Petulãtiam/ libidinẽ/ luxuriam/ auariciam/ crudelitatẽ nullo nõ ſcelere exercuit. Siquidẽ pcitus petulãtia oĩa pene Italiæ ac Græciæ: theatra pluſtrãs: aſſumpto ẽt uarii ueſtitus dedecore ceritos/ cithariſtas/ tragœdos/ & aurigas ſæpe ſibi ſuperaſſe uiſus eſt. Libidinibus porro tantis exagitatus eſt: ut ne a matre quidem uel ſorore ulla conſanguinitatis reuerentia abſtinuiſſe referatur: uirũ in uxorem duxerit: ipſe a uiro: ut uxor acceptus ſit. Luxuriæ uero tã effrenatæ fuit: ut retibus aureis piſcaretur: quæ purpureis funibus extrahebantur. frigidis & calidis lauaretur unguentis. Qui etiam nunquam minus. M. carrucis confeciſſe iter traditur. Denique urbis Romæ incendium uoluptatis ſuæ ſpectaculũ fecit. Per ſex enĩ dies ſeptemque noctes ardens ciuitas regios pauit aſpectus. Horrea quadro ſtructa lapide magnæque illæ ueterum inſulæ: quas diſcurrens adire flamma non potuit. magnis machinis quõdã ad extrema bella præparatis labefactatæ atque inflammatæ ſunt: ad monumẽtorum buſtorumque diuerſoria ĩfœlici plebe compulſa. Quod ipſe ex altiſſima illa Mecenatiana turre proſpectans: lætuſque flãmæ: ut aiebat: pulchritudine tragico habitu iliadem decantabat. Auariciæ autem tam præruptæ extitit: ut poſt hoc incendium urbis: quã ſe Auguſtus ex latericia marmoreã reddidiſſe iactauerat: neminem ad reliquias rerum uſtarum adire permiſerit. Cuncta: quæ flãmæ: quoquo mõ ſupfuerãt ipſe abſtulit. Centies centẽna. M. ſeſtertiũ ad annuam impenſam a ſenatu ſibi conferri imperauit. Plurimos ſenatorum nulla extante cauſa bonis priuauit. negotiatorum oĩum ſub una die tormentis quoque adhibitis omnem penitus cenſum abſterſit.

Nero hic primus perſecutus ẽ chriſtianos/ qui etiam apoſtolos Petrum & Paulum occidit. Cap. 5

c Rudelitatis autem rabie ita efferatus eſt: ut plurimam ſenatus partem interfecerit. equeſtrẽ ordiem pene deſtituerit. ſed ne parricidiis quidẽ

abſtinuit.Matrẽ/fratrẽ ſororẽ/uxorem. cæteroſq̃ ões cognatos & ꝑ quos
ſine hæſitatiõe proſtrauit.Auxit hanc molẽ facinorũ eius temeritas ĩpietatis
in deum.Nam primus Romæ chriſtianos ſupliciis & mortibus affecit.ac ꝑ
omnes prouincias pari perſecutione excruciari imperauit. ipſumque nomen
extirpare conatus beatiſſimos chriſti apoſtolos Petrum cruce:Paulũ gladio
occidit.Mox aceruatim miſeram ciuitatem obortæ undique clades oppreſ/
ſere.Nã ſubſequente autumno tãta urbi peſtilentia incubuit:ut.xxx.M.funer/
in rationem libitinæ uenirent.Britannica deinde clades eueſtigio accidit:qua
duo præcipua oppida magna ciuium ſociorumq̃ clade & cæde direpta ſunt.
Præterea in oriente magnis Armeniæ prouinciis amiſſis Romanæ legiones
ſub iugum Parthicum miſſæ. ægreque Syria retenta eſt.In Aſia tres urbes:
hoc eſt Laodicia/Hierapolis/Coloſſæ terræ motu conciderunt.At uero Ne
ro poſtquam Galbam in Hiſpania imperatorem creatũ ab exercitu cogno/
uit:totus aĩo ac ſpe concidit. Cũque incredibilia perturbandæ ĩmo ſubruẽdæ
rei publicæ mala moliretur:hoſtis a ſenatu pronũciatus ignominioſiſſime fu/
giens ad quartum ab urbe lapidem ſeſe interfecit.atque ĩ eo omnis Cæſarum
familia conſumpta eſt.Anno ab urbe condita .dccc.xxii.Galba apud Hiſpa
nias uſurpauit imperium.Qui ut Neronis mortem comperit:Romam uẽit.
Cũque omni auaricia/& ſæuitia/ſegniciaque offenderet:Piſonem ſibi nobilem
induſtriumque adoleſcentem in filium atque in regnum adoptauit.cum quo
.vii.menſe imperii ſui ab Othone iugulatus eſt.Luit Roma cædibus pricipũ
excitatis ciuilibus bellis recentes chriſtianæ religiõis iniurias.& ſigna legionũ
illa:quæ ſub aduentu in urbem Petri apoſtoli diuinitus coercita cõuelli nullo
modo ad excitãdum ciuile bellum ualuerant:quod ꝑ Scribonianũ parabatur.
Petro in urbe interfecto. & chriſtianis pœnarum diuerſitate laniatis:toto ſe
orbe ſoluerũt. De Hi ſpania ſiquidẽ ilico Galba ſurrexerat:Quo mox preſſo:
Otho Romæ.Vitellius in Germania. Veſpaſianus in Syria impia ſimul atq̃
arma rapuerunt. Probent ſane etiam inuiti potentiam ſimul & clemẽtiã dei:
qui chriſtianis temporibus offenduntur:quanta celeritate tantorum incẽdia
bellorum & excitata ſunt & repreſſa: cum & antea minimis cauſis magnæ ac
diutinæ clades agitarentur.& nunc maximi undique concrepãtes magnorum
malorum fragores minimo negocio ſopirẽtur.Iam enim erat Romæ/quãuis
perſecutione uexante eccleſia:quæ iudici omĩum chriſto etiã pro inimicis &
perſecutoribus ſupplicaret.Igitur Otho cum Galba & Piſone Romæ ĩterfe
ctis inter tumultus cædeſque inuaſiſſet imperium:ac mox creatũ impatorem
in Gallia per Germãicas legiones Vitellium comperiſſet:bellum ciuile mo/
litus tribus primũ leuibus prælĩis:hoc ẽ uno apud alpes:alio circa Placentiã:
tertio circa locum:quẽ Caſtoris uocant:contra Vitellianos duces cõgreſſus
uictor extitiſſet:quarto apud Bebryacum prælio: cum animaduertiſſet ſuos

uinci.menſe.iii.quām imperāre cœperat/ſeſe iterfecit. Vitellius uictor Romā uenit:ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret: incredibili etiā uoracitatis appetitu humanam uitam probris aggrauaret: poſtquam de Veſpaſiano comperit:primum deponere eſt molitus imperium. Poſtea a quibuſdā aīatus Sabinum Veſpaſiani fratrem nihil mali tū ſuſpicantem cum cæteris Flauiāis in Capitolium compulit. ſuccenſoque templo & miſta ſimul flamma ruinaq̄ omnes in unum pariter interitum ac tumultum dedit. Poſt deficiente in Veſpaſiani nomen exercitu ſuo deſtitutus:appropīquātibus iā hoſtibus trepidus: cum ſe in quandam cellulam proximam palatio contruſiſſet: turpiſſime inde protractus:cum per uiam ſacram nudus duceretur/paſſim cūctis ſimum ī os eius coniectantibus in forum deductus.viii. quam regnū præſumpſerat mēſe apud Gemonias ſcalas minutiſſimorum ictuum crebris cōpūctionibus excarnificatus:atque inde unco tractus & in Tyberim merſus/ etiā cōmuni caruit ſepultura. Multis autem & nefariis modis per complures dies a Veſpaſianis militibus aduerſum ſenatum populumque Romanum īdiſcreta cæde ſæuitū eſt. Anno ab urbe condita.dccc.xxv.breui illa quidem ſed turbida tyrannorū tempeſtate diſcuſſa: tranquilla ſub Veſpaſiano duce ſerenitas rediit. Nanque: ut paulo altius repetam:Iudæi poſt paſſionem chriſti deſtituti in totū gratia dei:cum omnibus undique malis circūuenirentur/ quidam ī Carmelū montē ſeducti ſortibus quæ porterderent exortos a Iudæa duces rerū potituros fore: bellum ad ſe trahentes in rebellionem exarſerunt. Extinctiſque Romāis p̄ſidiis legatum quoque Syriæ ſuppetias ferentem:rapta aquila & cæſis copiis fugauerunt. Ad hos Veſpaſianus a Nerone miſſus Titum filium ſuum maiorem inter legatos habuit. Nam multas & uarias legiones ſecum in Syriā traiecit.

Hic dicitur:ubi Hieroſolyma euerſa ē a Veſpaſiano & Tito. Iudæi capti uel interfecti ſunt. Cap. 6

Itaque cum Iudæos multis eorum oppidis captis ī urbē Hieroſolymorum præcipue ob diem feſtum congregatos obſidione clauſiſſet:cognita Neronis morte: hortatu plurimorum regū & ducum maxime Ioſephi Iudæorū ducis ſententia:qui captus cū in uincula coniiceretur: conſtantiſſime dixerat: ſicut Suetonius refert:continuo ſe ab eodem ſed imperatore ſoluendum:imperium adeptus ē. Relictoq̄ in caſtris ad procurationē obſidionis Hieroſolymorū filio Tito:p Alexādria profectus eſt Romam. Sed cognita iterfectione Vitellii pauliſp Alexandriæ ſubſtitit. Titus uero magna ac diuturna obſidione Iudæos premēs machinis cunctiſque bellicis molibus non ſine ſuorum multo ſanguine tandem muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnādam interiorem templi munitionem: quam

iclusam multitudo sacerdotū ac pricipum tuebatur: maiore ui & mora opus fuit. Quod tamen postquam in potestatem redactum opere & ātiquitate suspexit: diu deliberauit: utrum tanquam incitamentum hostium incēderet: an in testimonium uictoriæ reseruaret: sed ecclesia dei iam per totū orbē uberrīe germinante: hoc tanquam effœtum ac uacuum: nullique usui bono cōmodū arbitrio dei auferendū fuit. Itaq; Titus īpator pronuntiatus ab exercitu tēplū i Hierosolymis icēdit ac diruit: quod a die cōditiōis pria usq; ad diē euersiōis ultimā māserat ānis .M.c.&.ii. Muros urbis ūiuersos solo adæquauit. dc. M. Iudæorū eo bello iterfecta Cornelius & Suetonius referūt. Iosephus uero Iudæus: qui ei tunc bello præfuit: & apud Vespasianū propter prædictū imperū ueniam gratiamque meruerat: scribit undecies centena. M. Iudæor; gladio & fame periisse: reliquias uero Iudæorum diuersis actas conditionibus toto orbe dispersas: quarum numerus ad. lxxxx. M. hominū fuisse narratur. Vespasianus autem & Titus imperatores magnificum agentes de Iudæis triumphū urbē ingressi sunt. Pulchrum & ignotum ante cunctis mortalibus inter .ccc.xx. triumphos: qui a conditione urbis usque in id tēpus acti erant: hoc spectaculū fuit: patrem & filium uno triumphali curru uectos glorioſissimam ab his q patrem & filium offenderant: uictoriam reportasse. Qui continuo omnibus bellis ac tumultibus domi foriſque cōpressis pacē totius orbis ,pnūtiauerūt. & Ianum geminum obseratis cohiberi claustris sextum demum ipsi post urbem conditam censuerunt. Iure enim idem bonos ultioni passionis domini īpensus est: qui etiam natiuitati fuerat attributus. Tūc deinde sine ullis bellor; tumultibus in immensum res publica Romana prouehitur. siquidē Achaia/ Lycia/Rhodus/Byzantium Samos/Thracia/Cilicia/Cōmagene tum primū redactæ in prouincias: Romanis iudicibus legibusque paruerunt. Nono autē imperii eius anno tres ciuitates Cypri terræ motu corruerunt. & Romæ magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in uilla propria circa Sabinos. ix. anno principatus sui profluuio uentris mortuus est. Anno ab urbe condita .dccc. .xxxiiii. Titus/segregatis a numero principū Othone & Vitellio ab Augusto octauus biennio post Vespasianum regnauit: Cuius tanta tranquillitas in īpio fuit: ut nullus omnino sanguinem in re publica administranda fudisse referatur. Et tamen tunc Romæ orto repente incendio plurimæ ædes publicæ cōcrematæ sunt. abruptum tūc etiam Vesuuii montis uerticē magna ,pfudisse incendia ferūt: torrentibusque flāmar; uicina regionis cū urbibus hoīnibusq; delesse. Titus cum ingenti omniū luctu in eadem uilla: qua pater eius: morbo absumptus est.

Mors Vespasiani.

Titi interitus.

Domitianus hic secundam persecutionem fecit in christianos. *Cap. 7*

Nno ab urbe condita .dccc. xxxv . Domitianus Titi frater ab
a Augusto nonus fratri successit in regnum : Qui per annos.xv.
ad hoc paulatim per omnes scelerum gradus creuit:ut cõfirma
tissimam toto orbe christi ecclesiam:datis ubique crudelissimæ
persecutionis edictis conuellere auderet.Is in tantam superbiam plapsus fuit:
ut dominum ac deum sese uocari/scribi/colique iusserit.nobilissimos e senatu
inuidiæ simul ac predæ causa alios palam interfecit.alios in exilium trusit.ibi
que imperauit trucidari.Libidinis intẽperantia:quicquid cogitari põt fecit.
plurimas urbis ædes destructis populi Romani propriis rebus extruxit.Bellũ
aduersũ Germanos & Dacos per legatos gessit pari rei publicæ pernicie: cũ
& in urbe ipse senatum populumque laniaret:& foris malum circũactũ exer/
citũ assidua hostes cæde conficerent.Nam quanta fuerit Diurpanei Dacoꝝ
regis cum Fusco duce prælia:quantæque Romanorũ clades lõgo textu euol/
uerem :nisi Cornelius Tacitus:qui hanc historiam diligentissime contexuit:
de reticẽdo iuterfectorum numero & Salustium Crispum/ & alios auctores
quam plurimos sanxisse:& seipsum quidem potissimum elegisse dixisset. Do/
mitianus tamen prauissime elatus iactantia sub nomine supatorum hostium
de extinctis legionibus triumphauit.Idemque efferatus superbia:qua se deum
coli uellet:persecutionem in christianos agi secundus a Nerone impauit:Quo
tempore etiam beatissimus Ioannes apostolus ĩ Pathmo insula fuit.Inter Iu/
dæos quoque acerbitate tormentorũ & cruentissimæ quæstionis exqri genus
Dauid atque interfici præceptum est : dum prophetis sanctis & inuidetur &
creditur:quasi adhuc futurus esset ex semie Dauid:qui regnũ posset adipisci.
Cõtinuo tamẽ Domitianus crudeliter in palatio a suis ĩterfectus ẽ:Cuius ca
dauer populari sandapila ꝑ uespiliões exportatũ.atq; ignominiosissime sepultũ
est.Anno ab urbe condita .dccc.xlvi. quanuis Eutropius.l.hunc esse annum
scripserit:Nerua admodũ senex a Petronio præfecto prætorio/& Parthenio
Spadone interfectore Domitiani imperator decimus ab Augusto creatus
Traianum in regnum adoptauit:per quem re uera afflictæ rei publicæ diuĩa
prouisio consuluit.Hic primo edicto suo cũctos exules reuocauit:unde & Io/
annes apostolus hac generali indulgentia liberatus Ephesum rediit.Emensoq̃
anno imperii sui Nerua confectus morbo diem obiit .

Hic dicitur de Traiano . Cap. 8

Nno ab urbe cõdita.dccc. xlvii.Traianus genere Hispanus .xi.
a ab Augusto rei publicæ gubernacula Nerua tradẽte susceꝑit.ac
per ãnos.xviiii.tenuit.Apud Agrippinam Galliæ urbem ĩsignia
sumens imperii mox Germaniam trans Rhenum in pristinum

ſtatum reduxit.trans Danubium multas gentes ſubegit.Regiones autẽ trãs Euphraten & Tigrim ſitas prouiucias fecit. Seleuciam & Cteſiphontem & Babylonẽ occupauit.In pſequẽdis chriſtiãis errore deceptus tertius a Neroẽ cum paſſim repertos cogi ad ſacrificandum idolis: ac detrectantes interfici præcepiſſet:plurimique interficerentur:Plinii ſecundi:q inter cæteros iudices perſecutor datus erat relatu admonitus:eos homies præter cõfeſſionẽ chriſti honeſtaque conuenticula nibil contrarium Romanis legibus facere:fiducia ſane innocentis cõfeſſionis nemini mortem grauem/ac formidoloſam uideri: reſcriptis ilico leuioribus temperauit edictum.Verũtamen continuo Romæ aurea domus a Nerone tot priuatis publiciſque rebus impenſis condita repẽ/ tino conflagrauit incendio:ut intelligeretur miſſa etiam ab alio perſecutio in ipſius potiſſime monumẽtis:a quo primum exorta eſſet:atque in ipſo auctore pũiri.Terræ motu.iiii.urbes Aſiæ ſubuerſæ Helea/Myrma/Pythane/Cynie. & Græciæ ciuitates duæ Pynthorium.& Orthorium.iii.Galleciæ ciuitates eodem terræ motu dirutæ.Pantheon Romæ fulmine concrematum. terræ motus Antiochiam pene totam ſubruit ciuitatem. Incredibili deinde motu ſub uno tẽpore uideri: quaſi rabie efferati per diuerſas terrarũ ptes exarſerunt. nam & per totam Libyam aduerſus incolas atrociſſima bella geſſerunt:Quæ adeo tunc interfectis cultoribus deſolata eſt:ut niſi poſtea Hadrianus ipator collectas illuc aliunde coloias deduxiſſet:uacua penitus terra abraſo habitato re manſiſſet.Aegyptum uero totam & Cyrenen & Thebaidã cruentis ſedi/ tionibus turbauerunt. In Alexandria autem commiſſo prælio uicti & attriti ſunt in Meſopotamia quoque rebellantibus iuſſu imperatoris bellum illatum eſt.Itaque multa.M.eorum uaſta cæde deleta ſunt.Sane Salaminam urbem Cypri:interfectis omnibus accolis deleuerunt. Traianus:ut quidam ferunt: apud Seleuciam Iſauriæ urbem profluuio uentris extictus eſt.Anno ab urbe condita.dccc.lxvii.Hadrianus cõſobrinæ Traiani filius.xii.ab Auguſto pri/ cipatum adeptus uno &.xx.annis imperauit. Hic per Quadratũ diſcipulum apoſtolorum & Ariſtidem Athenienſem uirum fide & ſapientia plenum / & per Serenum Granium legatum libris de chriſtiana religione compoſitis in/ ſtructus atque eruditus præcepit per epiſtolam ad Minutium Fundanium/ proconſulem Aſiæ datam: ut nemini liceret chriſtianos ſine obiectu crimis aut probatione damnare. Idem quoque continuo pater patriæ in ſenatu ultra morem maiorum appellatur:& uxor eius Auguſta. Hadrianns rẽ publicam iuſtiſſimis legibus ordinauit.bellũ contra Sauromatas geſſit.& uicit.Iudæos ſane perturbatione ſcelerum ſuorum exagitatos: & Palæſtinam prouinciam quondam ſuam depopulãtes ultima cæde perdomuit. ultuſque ẽ chriſtianos: quos illi Cotheba duce quod ſibi aduerſus Romanos non aſſentarẽtur:excru/ ciabant.Præcepitque:ne cui Iudæo introeundi in Hieroſolymam eẽt licẽtia:

christianis tantum ciuitate permissa: quam ipse in optimum statum muror extructi one reparauit. & Aeliam uocari de prænomine suo præcepit.

Quartam hic persecutionem christianor ab Antonino factā refert. Cap. 9

a Nno ab urbe condita. dccc. lxxxix. Antoninus cognomēto Pius .xiii. ab Augusto imperator creatus cum liberis suis Aurelio & Lucio. xx. & non plenis tribus ānis rem publicā gubernauit adeo tranquille & sancte: ut merito Pius & pater patriæ nomiatus sit. Huius tamen temporibus Valētinus Hæresiarches & Cerdo magister Martionis Romam uenerunt. Verum Iustinus philosophus librum p̄ christiana religione compositum Antonino tradidit. benignumque eū erga christianos homīes fecit. Antoninus ad duodecimum ab urbe lapidē morbo correptus interiit. Anno ab urbe condita. dcccc. xi. Marcus Antoninus Verus. xiiii. ab Augusto regnum cum Aurelio Cōmodo fratre susc̄epit. mansitque i eo ānis .xiiii. Hi primi rem publicam æquo iure tutati sunt. bellum deide cōtra Parthos admirabili uirtute & felicitate gesserunt. Annius Antonius Verus ad id bellum profectus est. Vologesus enim rex Parthorum graui eruptione Armeniam & Cappadociam Syriāque uastabat. Sed Antonius p̄ strenuissimos duces magnis rebus gestis Seleuciam Assiriæ urbem super ydaspem fluuiū sitam cum. cccc. M. hominum cepit. & cū fratre de uictoria Parthica triūphauit. ac non multo post dum cū fratre iu uehiculo sederet: casu morbi: quē apoplexiā Græci uocāt: suffocatus iteriit: Quo defuncto Marcus Antoninus solus rei publicæ præfuit: sed in diebus Parthici belli p̄secutiōes christianorū .iiii. iam post Neronē uice in Asia & i Gallia graues præcepto eius extiterūt. multique sanctorum martyrio coronati sunt. Secuta est lues plurimis infusa prouinciis. totamque Italiam pestilentia tanta uastauit: ut passim uillæ / agri / atque oppida sine cultore atque habitatore deserta in ruinas / siluasq̄ cōcesserit. Exercitum uero Romanorum cūctasque legiones per lōginqua late hyberna dispositas ita consumptas ferunt: ut Marcomānicum bellum: quod continuo exortum est: non nisi nouo delectu militum: quem triennio iugiter apud Carnotum Marcus Antoninus habuit: gestum fuisse referatur. Hoc quidē bellū prouidētia dei administratum esse cum plurimis argumentis: tum præcipue epistola grauissimi ac modestissimi impatoris apertissime declaratum est. Nam cum insurrexissent gētes immanitate barbaræ: multitudie inūerabiles: hoc est Marcomanni / Qualli / Vuādali / Sarmatæ / Sueui. atque oīs pene Germania: & in Quallorum usque fines progressus exercitus: circūuentusque ab hostibus propter aquarum penuriā potius sitis quā hostis piculū sustineret: ad inuocationem nominis christi quam subito magna fidei cōstantia quidā

milites effusi in preces palam fecerant:tanta uis pluuiæ effusa ē:ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit.barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos:præsertim cum plurimi eorum occiderentur/ ī fugā coegerit: Quorum terga Romani usque ad ternicionem cædētes glorioſissimā uictoriam & omnibus pene antiquorum titulis præferendam rudi paruoque militum numero:sed potentissimo christi auxilio reportarunt.Extare etiam apud plerosque dicuntur litteræ imperatoris Antonini: ubi inuocatione nois christi per milites christiaos & sitim illam expulsam:& collatā fatetur fuisse uictoriam.Idemque Antoninus Cōmodum filium suum assumpsit in regnū. Præteritī etiam temporis per omēs prouincias tributa donauit.oiaque simul fiscalium negociorum calūniosa monumenta congesta in foro iussit incendi. seuerioresque leges nouis constitutionibus temperauit.Postremo in Pānonia constitutus repentino morbo diem obiit.

Hic dicitur de flagitiis & malis:quæ gessit Cōmodus. Cap.10

a Nno ab urbe condita.dcccc.xxx.Lucius Antoninus Cōmodus .xv.ab Augusto patri successit in regnum.mansitque in eo annis .xiii.& aduersus Germanos bellum feliciter gessit.Cæterum per omia luxuriæ.& obscoenitatis dedecore deprauatus: gladiatoriis quoque armis sæpissime in ludo depugnauit.& ī āphitheatro feris sese obiecit frequenter.Interfecit etiam quamplurimos senatores:maxie quos aiaduertit nobilitate industriaque excellere.Flagitia regis pœna urbis insequitur. Nam fulmine Capitolium ictum:ex quo facta inflammatio bibliothecā illā maiorȳ cura studioque cōpositā:ædesque alias iuxta sitas rapaci turbine cōcremauit. Deinde aliud īcendium postea Romæ exortum ædem Vestæ & palatiū/plurimamque urbis partem solo coæquauit. Commodus cunctis incommodus in domo Vestiliani strangulatus iteriisse fertur:hostis generis humani etiam uiuus iudicatus. Post hunc a senatu creatus est senex Aelius Pertinax .xvi. ab Augusto.Qui.vi.mense:quam regnare cœperat:Iuliani iurisperiti scelere in palatio occisus est.Iulianus interfecto Pertinace iuasit imperium. sed mox a Seuero apud pontem Miluium bello ciuili uictus. & iterfectus ē mēse.vii. postquā cœperat īperare.Ita ī Pertinacē & Iulianū unus ānus cōsumptus ē.

Quintā psecutionē hic dicit a Seuero factā. Cap.11.

a Nno ab urbe condita:dcccc.xliiii.Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppido Lepti:qui se ex nomie imperatoris:quem occisum ultus fuerat Pertinacē appellari uoluit.xvii.ab Augusto destitutū

adeptus imperium.x.&.vi.annis tenuit. Hic natura sæuus multis sæpe bellis lacessitus fortissime quidem rem publicam:sed laboriosissime rexit. Pescēniū Nigrum: qui in Aegypto & Syria ad tyrannidē aspirauerat:apud Cyzicum uicit.& interfecit:Iudæos &/Samaritas rebellare conantes ferro compescuit. Parthos & Arabas Adiabenosque superauit. Quīta post Neronē psecutiōe christianos excruciauit.plurimique sanctorum per diuersas puicias martyrio coronati sunt. Hanc prophanā ī christianos & ecclesiā dei præsumptionē Seueri cœlestis ultio e uestigio acta subsequitur.Nam continuo rapitur: uel potius retrabitur in Galliam Seuerus e Syria ad tertium ciuile bellū.Iam enī unum Romæ aduersus Iulianum.aliud ī Syria contra Pescennium gesserat. tertium Dodius Albinus Iuliani in occidēdo Pertinace sotius:qui se ī Gallia cæsarem fecerat:suscitabat:cuius bello multum utrinque Romani sanguinis fusum est.Albinus tamen apud Lugdunū oppressus & interfectus ē.Seuerus uictor in Britanniam defectu pene omnium sotiorum trahitur: ubi magnis grauibusque prælii s sæpe gestis receptam partē īsulæ a cæteris indomitis gētibus uallo distīguendam putauit.Itaque magnam fossam firmissimumque uallum crebris insuper turribus cōmunitum per.cxxxii.M. passuum a mari ad mare duxit.Ibique apud Eboracum oppidum morbo obiit:reliquēs duos filios Bassianum & Getam:Quorum Geta hostis publicus iudicatus ītriit. Bassianus uero Antonini cognomine assumpto regno potitus est. Anno ab urbe condita.dcccc.lxvii.Aurelius Antoninus Bassianus idemque Caracalla .xviii.ab Augusto principatum adeptus est.mansitque in eo annis non plenis .vii.Vixit uero patre asperior/omnibus libidine intēperantior:qui ēt nouercā suam Iuliam uxorem duxerit.Hic contra Parthos bellū moliens inter Edessam & Caras ab hostibus circūuētus occisus ē.Post būc.xviiii.ab Augusto Opbilus Macrinus:qui præfectus prætorio erat cū filio Diadumeno īuasit imperium.sed emenso anno continuo apud Archelaidē militari tumultu occisus est.Anno ab urbe condita.dcccc.lxx.Marcus Aurelius Antoninus.xx. ab Augusto imperiū adeptus tenuit ānis.iiii.Hic sacerdos Heliogabali tēpli nullam sui nisi stuprorum & flagitiorum totiusque obscœnitatis īfamē satis memoriā reliquit.Tumultu autem militari exorto Romæ cum matre interfectus est.Anno ab urbe condita .dcccc .lxxiiii. Aurelius Alexander .xxi. ab Augusto senatus ac militum uoluntate imperator creatus .xiii. annis dignus equitatus præconio fuit:Cuius mater Mamea christiana Origenē p̄bytērū audire curauit.Nā statim expeditione in Persas facta Xersem regem eorū maxīo bello uictor oppressit. Vlpiano usus assessore summā sui moderationē rei publicæ exhibuit.sed militari tumultu apud Magontiacū interfectus est.

De sexta psecutione a Maximino facta. Cap. 12

Nno ab urbe condita.dcccc.lxxxvii.Maximinus.xxii.ab Augu-
a sto nulla senatus uolũtate imperator ab exercitu postquã bellum
in Germania prospere gesserat creatus persecutionẽ i christiãos
sextus a Nerone exercuit.Sed cõtinuo hoc ẽ tertio:quã regnabat
ãno a Pupieno Aqleiæ iterfectus:& psecutiõis & uitæ finem fecit:Qui maxie
propter christianã Alexandri:cui successerat/& Mameæ matris eius familiã
persecutionem in sacerdotes & clericos : idest doctores/uel præcipue propter
Origenẽ præsbyterũ miserat.Anno ab urbe cõdita.dcccc.lxxxxi.Gordianus
.xxxiii.ab Augusto imperator creatus est:mansitque in eo annis sex.Nã Pu-
pienus iterfector Maximini/& frater eius Albinus:qui usurpauerãt iperium:
in palatio mox interfecti sunt.Gordianus admodum puer in orientẽ ad bellũ
Parthicum profectus:sicut Eutropius scribit:iam portas aperuit : quas utrũ
post Vespasianum & Titum aliquis clauserit:neminem scripsisse memini:cũ
tamen eas ab ipso Vespasiano post ãnum apertas Cornelius Tacitus probet.
Igitur Gordianus ingentibus præliis aduersum Parthos prospere gestis suoꝝ
fraude haud longe a Cyrceso super Euphratem interfectus est.

Primũ hic Philippus cum filio suo ãbo christiani facti sunt. Cap.13

Nno ab urbe cõdita.dcccc:lxxxxvii.Philippus.xxiiii.ab Augsto
a imperator creatus Philippum filium suũ consortem regni fecit.
mansitque in eo annis .vii. Hic primus imperatorum omnium
christianus fuit.ac post tertium imperii eius ãnũ. M.a cõditiõe
Romæ ãnus ipletus est.Ita ludis magnificis augustissimus oĩum præteritoꝝ
hic natalis annus:a christiano imperatore celebratus est.Nec dubiũ est:quin
Philippus huius tantæ deuotiõis gratiã & honorem ad christũ & ad eccleſiã
reportarit:quãdo uel ascensum fuisse ab eo Capitolium immolatasq; ex more
hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamen quanuis diuersis locis tumultu
militari & Decii fraude interfecti sunt.

De septima persecutione facta a Decio. Cap.14

nno ab urbe cõdita.M.iiii.Decius ciuilis belli icẽtor & repssor.
a occisis Philippis.xxv.ab Augusto inuasit imperium . tenuitque
annis tribus. Idem continuo:in quo se etiã ob hoc Philippos in-
terfecisse docuit: ad persequendos interficiendosque christianos
.vii.post Neronem feralia dispersit edicta . plurimosque sanctorũ ad coronas
christi de suis cruciatibus misit. Idẽque filiũ suum cæsarem legit : cum quo
simul continuo in medio barbaroꝝ sinu interfectus est.Anno ab urbe cõdita

.M.vii.Gallus Hoſtilianus.xxvi.ab Auguſto regnū adeptus uix duobus ānis cū Voluſiano filio obtinuit.Exoritur ultio uiolati nominis chriſtiani.& quatenus ad profligandas eccleſias edicta Decii cucurrerunt : eatenus īcredibiliū morborum peſtis extenditur.Nā nulla fere prouincia Romana/nulla ciuitas/nulla domus fuit: quæ non illa generali peſtilentia correpta atque uaſtata ſit. Hac ſola pernicie inſignes Gallus & Voluſianus : dum contra Aemilianum nouis rebus ſtudentem bellum ciuile moliūtur:occiſi ſunt. Aemilianus tamē tertio menſe inuaſæ tyrannidis extinctus eſt.Anno ab urbe cōdita .M.x.duo imperatores.xxvii.poſt Auguſtum loco creati ſunt. Valerianus ī Rhetia ab exercitu Auguſtus eſt appellatus . Romæ autem a ſenatu Galenus in regno infeliciter annis .xv ſublimatus:reſpirāte pauliſper ab illa ſupra ſolitum iugi & graui peſtilentia genere humano prouocat pœnam ſuam obliuioſa malicia. Impietas enī flagella quidē excruciata ſentit:ſed a quo flagellatur : obdurata nō ſentit.Et ut de ſuperioribus taceam : facta a Decio chriſtianoꝝ pſecutiōe totum Romanum imperium peſtilentia magna uexauit.Mentita ē iniquitas ſibi:prauo in perniciem ſuam circūuēta iudicio : peſtilentiā communis caſus eſſe:accidentemque ex morbis mortem naturæ finem eſſe non poenā.Rurſus igitur atque in breui irā dei ſceleratis actionibus prouocat: excepturus plagā: cuius aliquando meminiſſe cogatur.

De octaua perſecutione facta a Valeriano. Cap. 15

Valerianus ſiquidem mox:ut arripuit imperiū : octaua ſane Rōæ perſecutione adigi per tormenta chriſtianos ad idolatriam:abnegantesque interfici iuſſit:fuſo per omnem Romani regni latitudinem ſanctorum ſanguine. Valerianus ilico nefarii auctor edicti a Sapore Perſarum rege captus imperator populi Romāi ignominioſiſſima apud Perſas ſeruitute conſenuit:hanc infamis officii continuam:donec uixit: damnationem ſortitus: ut ipſe accliuis regem humi ſemper aſcenſurū in equū non manu ſua:ſed dorſo attolleret.Et Galenus quidem tam claro dei iudicio territus:tāque miſero collegæ permotus exemplo:pacem eccleſiis trepida ſatiſfactione reſtituit . Sed non compenſat iniuriæ/ ultiōiſque menſuram unius impii / quanuis perpetua & ſupra modum abominanda captiuitas contra tot .M.excruciata ſanctorum.iuſtorumque ſanguis ad deum clamans: in eadem ſeſe terra:ubi fuſus eſt:uindicari rogat. Non enī de ſolo cōſtitutore præcepti iuſto ſupplicium iudicio flagitabatur.ſed etiam executores/delatores/accuſatores/ſpectatores/ac iudices poſtremo : qui iniuſtiſſime crudelitati uel tacita uoluntate aſſentabantur:quia deus ſecretorum cognitor eſt : & quorū maxīa per omnes prouincias pars hominum uerſabatur:eadem ultiōis plaga corripi

iuſtum erat. Soluuntur repente undique permiſſu dei ad hoc circũpoſitæ re-
lictæque gentes. laxatiſque habenis in omnes Romanorum fines inuebuntur.
Germani alpibus Rhetia totaque Italia penetratis Rauẽnam uſq; peruenĩut.
Alemãni Gallias peruagantes etiam i Italiam tranſeunt. Græcia/Macedoia/
Pontus & Aſia Gothorum inundatione deletur. Nam Dacia trans Danubiũ
in perpetuũ aufertur. Quadi/& Sarmatæ Pannonias depopulãtur : Germani
ulteriores abraſa potiuntur Hiſpania. Parthi Meſopotamiã auferunt. Syriãq;
corradunt. Extant adhuc per diuerſas prouincias in magnarum urbiũ ruinis
paruæ & pauperes ædes. ſigna miſeriarum: & nominũ indicia ſeruãtes: ex qbus
nos quoque i Hiſpania Taraconem noſtram ad cõſolationem miſeræ recẽtis
oſtendimus. Et: ne quid forte Romani corporis ab hac dilaceratiõe ceſſaret:
conſpirant intrinſecus tyranni. cõſurgũt bella ciuilia. funditur ubiq; plurimus
ſanguis Romanorum: Romanis barbariſque ſæuiẽtibus. ſed cito ira dei i mi-
ſericordiam uertitur. & cœptæ ultionis maior forma: quam poena i menſurã
plenitudĩs reputatur. Igitur primus Genuus: qui purpuram impii ſumpſerat:
apud Myrſam occiditur . Poſthumius in Gallia inuaſit tyrannidem: multo
quidem rei publicæ cõmodo. Nam per. x. ãnos ingenti uirtute ac moderatiõe
uſus & dominantes hoſtes expulit. & perditas prouincias in priſtinam faciem
reformauit. ſeditione tamen militũ interfectus ẽ. Aemilianus apud Magõtiã:
cũ res nouas moliretur: oppreſſus eſt. Poſt mortẽ Poſthumii Marius ibidẽ
inuaſit imperium. ſed continuo interfectus eſt . Deinde Victorinus a Gallis
ultro creatus poſt paululũ occiſus ẽ. Huic ſucceſſit Tetricus: q tũc Aquita
niæ præſidatus miniſtrabat officium. multaſque ſeditiones militum pertulit.
At uero in oriente p Odenatũ quendam collecta agreſti manu uicti repulſiq;
Perſæ defenſa Syria. recepta Meſopotamia eſt. & uſq; ad Cteſiphõtẽ ruſticaĩ
Syriæ cũ Odenato uincendo uenerũt. Galenus autẽ cũ rẽ publicã deſeruiſſet:
ac Mediolani libidinibus inſeruiret occiſus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxv.
Claudius . xxviii. uoluntate ſenatus ſumpſit imperium . Statimque Gotos iã
per annos. xv. Illyricum Macedoniamque uaſtantes bello adortus: incredibili
ſtrage deleuit: Cui a ſenatu clypeus aureus in curia. & in Capitolio ſtatua æq;
aurea decreta eſt. ſed continuo apud Syrmium priuſquam imperiũ expleret:
morbo correptus interiit. Claudio mortuo Quintillus frater eius ab exercitu
imperator electus: uir quidem moderationis unicæ: & ſolus fratri præferẽdus
. xvii. iperii die iterfectus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxvii. Aurelianus. xxix.
imperium adeptus. v. ãnis & ſex menſibus tenuit: uir induſtria militari excel-
lentiſſimus. Expeditione in Danubiũ ſuſcepta Gotos magnis prælis ſtrauit.
ditionemque Romanã antiquis terminis ſtatuit. Inde in orientem conuerſus
Zenobiam: quæ occiſo Odenato marito ſuo Syriam receptã ſibi uẽdicabat/
magis prælii terrore quam prælio in poteſtatem redegit. Tetricum i Gallia

minime ſufficiẽtem ſuſtinere ſeditiones militum ſuorum: ſcribẽtẽque etiam me eripe bis inuicte malis: ac per hoc proditorem exercitus ſui ſine labore ſuperauit. Sic orientis & aquilonis receptor magna gloria triumphauit. urbem Romam muris firmioribus cinxit.

De. ix. pſecutione p Aurelianũ in chriſtianos facta. Cap. 16

n Ouiſſime cum perſecutionẽ aduerſum chriſtianos agi. ix. a Nerone decerneret: fulmen ante eum magno pauore circũſtãtium ruit. ac nõ multo poſt ĩ itinere occiſus eſt. Anno ab urbe cõdita .M.xxxii. Tacitus .xxx. adeptus imperium .vi. menſe occiſus in Ponto eſt. Poſt quem Florianus partem regni in ſortem ferẽs: tertio demũ menſe apud Tharſum ĩterfectus eſt. Anno ab urbe cõdita. M.xxxiii. Probus .xxxi. regnum ſortitus obtinuit annis ſex & menſibus. iiii. Gallias iam dudum a barbaris occupatas per multa & grauia prælia deletis tandem hoſtibus ad perfectum liberauit. Bella deĩde ciuilia equidem plurimo ſanguine duo geſſit. unũ in oriente: quo Saturninum tyrãnide ſubnixum oppreſſit. & cepit. aliud: quo Proculum & Bonoſum apud Agrippinam magnis præliis ſupatos interfecit. Ipſe apud Syrmium in turre ferrata militari tumultu interfectus eſt. Anno ab urbe condita. M.xxxix. Carus Narbonenſis. xxxii. ſuſcepit imperium ac biẽnio tenuit: Qui cum filios ſuos Charinum et Numerianum conſortes regni efficeret: bello Parthico: poſtquam duas nobiliſſimas Parthorũ urbes Cotbem & Cteſiphontem cepit: ſuper Tigridem in caſtris fulmine ictus ĩteriit. Numerianus: qui cũ patre fuerat: rediẽs fraude Apri ſoceri ſui ĩterfectus eſt. Anno ab urbe condita. M.xli. Dioclitianus. xxxiii. ab exercitu imperator electus annis uiginti fuit. Statimque ut poteſtatis copiam habuit: Aprũ interfectorem Numeriani manu ſua interfecit. Charinum deinde: quẽ Carus cæſarem in Dalmatia reliq̃rat: flagitioſe uiuẽtem: difficillimo bello & maxio labore ſuperauit. Debinc cum in Gallia Amãdus & Aeliandus collecta ruſticanorũ manu: quos Vacaudas uocabãt: pnicioſos tumultus excitauiſſent: Maximianum cognomento Herculium cæſarem fecit. miſitque in Gallias: Qui facile agreſtium hoĩnũ imperitam & confuſam manũ militari uirtute cõpeſcuit. Deinde Carauſius quidam genere quidem infimus: ſed conſilio & manu promptus: cum ad obſeruanda oceani litora: quæ tunc Frãci & Saxões infeſtabant: poſitus: plus in perniciem: quam ĩ prouectum rei pnblicæ ageret: ereptam prædonibus prædam nulla ex parte reſtituendo dominis: ſed ſibi ſoli uendicando accendens ſuſpicionem: quia ipſos quoque hoſtes ad ĩcurſandos fines artificis negligentia permitteret: quam ob rem eſt a Maximiano iuſſus occidi: purpuram ſumpſit. ac Britannias occupauit. Igitur per oẽs Romani

imperii fines ſubitarũ turbationũ fragores concrepuerunt:Carauſio rebellãte in Britannia:Achilleo in Aegypto:cum & Aphricam Quinquegentiani infeſtarent:Narſeus etiam rex Perſarum orientem bello premeret. Hoc piculo itaque Dioclitianus permotus Maximianum Herculium ex cæſare fecit auguſtum:Conſtantium uero & Maximianum Galerium cæſares legit. Conſtantius Herculii Maximiani priuignam Theodoram accepit uxore:ex qua ſex filios fratres Conſtantini ſuſtulit. Carauſius Britannia ſibi per .vii. annos fortiſſime uendicata ac retenta: tandem fraude allecti ſocii ſui interfectus ẽ. Allectus poſtea ereptam Carauſio inſulam per triennium tenuit: quẽ Aſclepiodotus præfectus prætorio oppreſſit.Britãniamque poſt .x.annos recepit. Conſtantius uero cæſar in Gallia prio prælio ab Alemãnis ꝓfligato exercitu ſuo uix ipſe ſubreptus eſt.ſecũdo autem ſecuta eſt ſatis ſecunda uictoria. nam paucis horis.lx.M.Alemanoꝝ cæſa referunt. At Maximianus auguſtus Quiqgentianos ĩ Aphrica ꝓdomuit.Porro autẽ Dioclitianus Achilleũ obſeſſum per octo menſes apud Alexandriã cepit & interfecit. Sed ĩmoderata uictoria uſus Alexãdriam direptioni dedit.Aegyptum totã ꝓſcriptiõibus cædibuſque foedauit. Præterea Galerius Maximianus cũ duobus iam præliis aduerſum Narſeum conflixiſſet:tertio inter Gallienicum & Caras congreſſus & uictus amiſſis copiis ad Dioclitianum refugit.A quo arrogantiſſime exceptus ẽ ita ut per aliquot.M.paſſuum.purpuratus ante uehiculum eius cucurriſſe referatur. Verũtamen hac contumelia:quaſi cote uſus eſt ad uirtutem.per quam detrita regii faſtus rubigine:aciem mentis expediit. Itaque mox per Illyricũ & Mœſiam undique copias contraxit. raptimque ĩ hoſtem reuerſus Narſeũ magnis conſiliis ac uiribus ſuperauit. Extinctiſque Perſarum copiis/ ipſoque Narſeo in fugam acto caſtra eius inuaſit.uxores/ſorores/liberoſque cepit.immẽſam uim Gazæ Perſicæ diripuit.captiuos quamplurimos Perſaꝝ nobiliũ abduxit.Reuerſus in Meſopotamiam a Dioclitiano plurio honore ſuſceptus eſt. Poſtea per eoſdẽ duces ſtrenue aduerſus Carpos Baſternaſque pugnatũ eſt.Sarmatas deĩde uicerunt.quorum copioſiſſimam captiuam multitudinẽ per Romanorum finium diſperſerunt præſidia.

Dioclitiani perſecutio.x.loco poſt Neronẽ refertur. Cap.17

Interea Dioclitianus ĩ oriẽte. Maximiãus Herculius ĩ occidẽte uaſtari eccleſias.affligi interficique chriſtianos.x.poſt Neronẽ loco præceperunt. Quæ perſecutio omnibus fere anteactis diuturnior atque ĩmanior fuit. Nam per.x.annos ĩcẽdiis eccleſiarũ. proſcriptionibus innocentium.cædibus martyꝝ inceſſabiliter acta ẽ. Seqtur terræ motus in Syria: ex quo apud Tyꝝ & Sidonem paſſim labẽtibus teſtis

multa.M.hominum proſtrata ſunt.Secundo ꝑſecutionis anno Dioclitianus ab inuito exegit Maximiano: ut ſimul purpuram imperiumque deponerent: ac iunioribus in rem publicam ſubſtitutis ipſi in priuato ocio conſeneſcerent. Itaque ſub una die Dioclitianus apud Nicomediam.Maximianus apud Mediolanum poteſtatem imperii ſimul cultūq̄ poſuerunt. Galerius & Cōſtātius auguſti primum Romanum impiū in duas partes determiauerunt.Galerius Maximianus Illyricum Aſyam & orientem.Conſtantius Italiam Aphricā/ & Gallias obtinuit.Sed Cōſtantius uir tranquilliſſimus Gallia tātū Hiſpania que cōtentus Galerio in cæteris partibus ceſſit. Galerius duos cæſares legit: Maximum:quem in oriente conſtituit.& Seuerū:cui permiſit Italiam :ipſe i Illyrico conſtitutus.Conſtantius uero auguſtus ſummæ manſuetudinis & ciuilitatis in Britannia mortem obiit:qui Conſtantinum filium ex concubina Helena creatum imperatorem Galliarum reliquit.Anno ab urbe cōdita.M. a. chr. 310.311. .lxi.Conſtantinus.xxxiiii.gubernacula impii a Conſtantio patre ſuſcepit:quæ uno &.xxx.ānis feliciſſime tēuit. Occurritur mihi ſubito.& tripudiis qbuſdā inſultatur.Eia inquiunt.tandem in foueas noſtras diu expectate ueniſti. Hic te decurſurum opperiebamur.hic delapſum opprimimus. hic cōfuſum tenemus.Suſtinuimus te hactenus artificioſe quodam modo & callide fortuitas temporum mutationes chriſtianorum ultionibus coaptantem. Interdū qdē ueriſimilium ſpecie permoti: utpote homines ignari diuinorum ſecretorum timore palluimus. ſed nunc euacuauit Maximianus noſter omnem ſcænam fabulæ tuæ.noſtræq̄ religiōis antiquatæ colūna iexpugnabilis fulſit. Per ānos .x. euerſæ ſunt eccleſiæ ueſtræ: ut tu fateris.dilacerati cruciatibus. exinaniti mortibus toto orbe chriſtiani. Tenemus euidens teſtimonium tuum:nullam ſuperiorem perſecutionem adeo uel grauem:uel diuturnam fuiſſe. Et tamen ecce inter tranquilliſſima temporum bona ipſorum quoque imperatorū: qui iſta fecerunt/inuſitata felicitas.nulla domi fames.nulla peſtilentia.nullū foris bellum niſi uoluntariū:quo exerceri uires/non periclitari queāt. Res præterea humano generi hucuſque incognita:multorum ſimul regum patiēs coſortiū. & magna cōcordia.poteſtaſque communis. alias nūquā niſi nunc in cōmune ꝑſpiciens.deīde etiam:quod abſque ulla hactenus mortaliū noticia ē:ipatores illi maximi quippe & ꝑſecutores honore depoſito/& aſſumpta quieti priuati: quod beatiſſimum homines & ſummum bonum uitæ bonæ iudicant.& hoc tunc uelut præmii loco auctores perſecutionis adepti ſunt: quādo accēſa ꝑſecutio medio ſui tempore toto orbe ſæuiebat. An etiam hanc beatitudinē illis tēporibus pœnaliter accidiſſe aſſeris.& nos hinc quoq̄ terrere moliris: Quibus humiliter reſponderim: me plurima cura pietatis accinctum cōmonere de ueris.non terrere de falſis.Decem perſecutiones a Nerone uſque ad Maximianū eccleſia chriſti paſſa eſt.Nouem:ut ego dixi ultiones:ut ipſi nō negāt.

calamitatesque e uestigiis consecutæ sunt. nec in uerbo premor: utrũ debitæ ultiones: an fortuitæ permutationes fuisse uideantur: quæ tamen meo suoque testimonio clades fuerunt. In decima hæsitatũ putant miseri & cæci: non uidentes tanto eam ipsis fuisse grauiorem: quanto minus intellecta est. Impius enim flagellatur. & non sentit: quod cum expositum fuerit: inuiti licet/ppter ipsam rerum fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianæ persecutionis maxia punitione ista sunt uulnera: quibus etiam nunc isti dolent. & intãtum dolent: ut etiam clament. nosque ad reclamandum lacessant sollicitos: fieri: qualiter conticescant. In primo libello expositum a nobis est: Pompeium Trogum & Cornelium Tacitum commemorasse non plene quidem: nostrũ uero Moysen etiam ipsorum testimonio fidelẽ fideliter sufficiẽterq̃ dixisse: Aegyptios & regem eorum: cum populum dei seruire itentum: & paratum deo suo/impediendæ deuotionis instinctu ad lutum paleasque reuocarent. x. acerbissimis plagis fuisse uexatos. Deinde uiolentia malorum edomitos nõ solum coegisse festinantem. sed etiã propriis suis argẽteis & aureis uasis accumulauisse. Post uero oblitos plagæ suæ: & cupidos predæ indebitæ: iuidos etiã religiõis alienæ: dum innocentes auide persecuntur: mari rubro ultimo receptos: oẽs funditus interisse. Quod ego nunc refero. ac renuntio. & si forte fide non acceptatum: exitu tamen probandum. quia hæc in figuram nostri facta sunt.

Hic dicitur: quod populus dei cũ i Aegypto affligitur/decẽ plagis ꝑcussa ẽ Aegyptus. & populus christianus dũ. x. ꝑsecutiõibus a Romanis affligitur: x. plagas acceperunt. Cap. 18

Terque populus unius dei est. una populi utriusque cã. Subdita fuit Israelitarum Synagoga Aegyptiis. subdita est christianorũ ecclesia Romanis. persecuti sunt Aegyptii Hebræos. persecuti sunt Romani christianos. Decem ibi contradictiones aduersus Moysen. hic decem edicta aduersus christũ. Diuersæ ibi plagæ Aegyptiorũ. diuersæ hic calamitates Romanorum. Nam: ut etiã ipsas iter se plagas inq̃tũ tamen figura formæ cõparari potest conferam: ibi prima habuit correptio sanguinem uulgo: uel manasse de puteis: uel in fluminibus cucurrisse. hic pria sub Nerõe exegit plaga: ut ubiq̃ moriẽtiũ sanguis uel morbis in urbe correptus: uel bellis in orbe profusus esset. Ibi sequens plaga prodidit: perstrepentes: psultantesque i penetralibus ranas inediæ ꝑpemodum causam habitatoribus atque exilii fuisse. hic sequẽs sub Domitiano pœna similiter ostẽdit: satellitũ/militumque eius iprobis effrenatisque discursibus: cruentissimi iussa pricipis exequẽtium ad inopiam pene omnes ciues Romanos adactos: exilioq̃ dispsos. Ibi tertia uexatio habuit scinifices musculas scilicet paruissimas ac sæuissimas: quæ mediis sæpe æstibus per loca squalida se coadunando ac uibrando

denſatæ non nullo uolatu allabi ſolent.capilliſque hominum ac pecudum ſetis cum urente morſu interſeri. hic itidem tertia ſub Traiano plaga Iudæos excitauit : qui cum antea ubique diſperſi ita : iam quaſi non eſſent:quieſcerent: repentino omnes calore permoti in ipſos:inter quos erant: toto orbe ſæuierũt abſque magnis multarum urbium ruinis:quas crebri terræ motus iiſdẽ temporibus ſubruerunt. Ibi ĩ quarta plaga muſcæ caninæ fuerũt:re uera alumnæ putredinis/uermiumque matres . hic itidẽ quarta ſub Marco Antonio plaga lues plurimis infuſa prouinciis Italiam quoque cum urbe Roma uniuerſa/exercitũque Romanum per longinquos limites & diuerſa hyberna diſperſum in mortem diſſolutum putredine ſimul ac uermibus dedit. Ibi quinta correptio pecorum ac iumentorum repentino interitu expleta eſt. Hic ſimiliter quinta ultione ſub perſecutore Seuero creberrimis ciuilibus bellis propria uiſcera & adiumenta rei publicæ:hoc eſt plebes prouinciarum & legiones militum cõminutæ ſunt. Ibi ſexta uexatio intulit ueſicas efferueſcẽtes ulceraq̃ manantia. hic æque ſexta punitio:quæ poſt Maximini perſecutionem fuit : q ſpecialiter epiſcopos clericos omiſſa turba populari:hoc eſt eccleſiarum primates truci dari imperauerat:intumeſcens crebro ira atque inuidia/non per uulgi cædem. ſed per uulnera morteſque principum ac potentium exaltata.eſt . Ibi ſeptima plaga numeratur coacto aere grando . profuſaque hominibus iumentiſque ac ſatis exitio fuit.hic ſimiliter.vii.plaga ſub Gallo & Voluſiano:qui perſecutori Decio mox interfecto ſucceſſerant plaga extitit corrupto aere peſtis infuſa: quæ per omnia Romani regni ab oriente in occidentem ſpatia cũ omne propemodum genus hominum & pecudum neci dedit:tũ etiam corrupit lacus. infecit pabula tabo.Ibi octauam Aegypti contritionẽ fecere excitatæ undiq̃ locuſtæ tenentes ac terentes tegenteſque omnia.hic .viii. æque ſubuerſionem Romani orbis excitatæ undique intulere gentes:quæ cædibus atque incendiis cunctas prouincias deleuerunt.Ibi nona turbatio diuturnas & craſſas ac pene tractabiles tenebras habuit:plus omĩno periculi comminata/quam fecit . hic itidem.ix.correptio fuit: cum Aureliano perſecutionem decernẽti diris turbinibus terribile ac triſte fulmen ſub ipſius pedibus ruit:oſtendens:quid:cum ultio talis exigeretur:tantus poſſet ultor:niſi & clemẽs eſſet & patiẽs: quãquã intra ſex abbinc mẽſes ſuccidui tres impatores:hoc eſt Aurelianus/Tacitus/ & Florianus diuerſis cauſis ĩterfecti ſunt.Ibi poſtremo.x.plaga:quæ & nouiſſima omnium fuit : interfectio filiorum:quos primos quique genuerant. hic nihilominus.x.id eſt nouiſſima pœna oĩum idolorũ perditio eſt:quæ primitus facta in primis amabant.Ibi rex potentiam dei ſenſit.probauit. & timuit . ac per hoc populum dei liberum abire permiſit.ibi nunquam populus dei poſtea ad ſeruitutem retractus . hic nũquã populus dei ad idolatriã coactus eſt . Ibi Aegyptiorũ uaſa precioſa Hebræis tradita ſunt.hic in eccleſias chriſtianorũ

præcipua paganorum templa ceſſerunt. Sane illud: ut dixi denũtiandũ puto: quia ſicut Aegyptiis poſt has .x. plagas dimiſſos Hebræos pſequi molientibus irruit per ſuperinductum mare æterna perditio: ita & nos libere quidem peregrinantes ſuperuentura quandoque perſecutio gentilium manet: donec mare rubrum: hoc eſt ignem iudicii ipſo domĩo noſtro Ieſu chriſto duce & iudice tranſeamus. Hi uero in quos Aegyptiorum forma tranſſunditur: ad tempus poteſtate permiſſa ſæuientes grauiſſimis quidẽ permiſſu dei chriſtianos cruciatibus perſequuntur. ueruntamen iidem omnes inimici chriſti cum rege ſuo antichriſto accepto ſigno ignis æterni: in quem magna impediente caligine dũ non uidetur/intrant: perpetuam perditionem ĩmortalibus arſuri ſupplicĩis ſortientur. Igitur mortuo: ut dixi: Conſtãtio in Britãnia Cõſtãtinus impator eſt creatus primus imperatorũ chriſtianus: excepto Philippo: q̃ chriſtianus annis admodum pauciſſimis ad hoc tantum conſtitutus fuiſſe mihi uiſus ẽ: ut. M. Romæ annus chriſto potius: quam idolis dicaretur. A Conſtãtino aũt ſemper omnes chriſtiani imperatores uſq̃ in hodiernum diem creati ſunt: excepto Iuliano: quem impia: ut aiunt: machinãtem: exitialis uita deſeruit. Hæc eſt lenta illorum paganorum pœna. ſed certa. Hinc ſani inſaniunt. hinc non uulnernati compunguntur. hinc ridentes gemunt. hinc uiuentes deficiũt. hic ſecreto excruciantur/quos nemo perſequitur. hinc iam pauciſſimi remãſerũt: qui nunquam aliquo perſequente puniti ſunt. uerũtamẽ qualis tũc pſequtores illos: de quorum ĩpunitate nõ ſolum gloriari: ſed etiam inſultare conãtur: finis manſit/expediam. Conſtantino in Galliis ſtrenuiſſime rẽ publicã procurante prætoriam milites Romæ Maxentium filiũ Herculii: qui priuatus ĩ Lucania morabatur: auguſtum nũcupauerunt. Maximianus Herculius iã ex auguſto priuatus: & adhuc publicus perſecutor: occaſione filii ſolicitatus: qui imperiũ abiecerat: arripuit tyrannidem. Galerius auguſtus Seuerum cæſarẽ aduerſus Maxentium Romam mittit cũ exercitu. Seuerus cũ urbẽ obſideret militũ ſuorum ſcelere deſertus & proditus: atque ex eo fugiens Rauennæ interfectus eſt. Herculius perſecutor & ex auguſto tyrannus confirmatum iam ĩ impio filium ueſte ac poteſtate regia ſpoliare conatus ẽ. Cõuiciis aũt ac tumultibus militum palam conterritus in Galliam prouectus eſt: ut Cõſtantino genero æque dolis iunctus auferret imperium. ſed per filiam deprehenſus & ꝓditus: deinde in fugam uerſus Maſſiliæ oppreſſus & ĩterfectus eſt. Porro Galerius occiſo Seuero Lycinium imperatorem creauit. Cumque perſecutionem a Dioclitiano & Maximiano miſſam ipſe atrocioribus edictis accumulauiſſet: ac poſtquam per annos .x. omni genere hominũ exhauſit ꝓuicias: putrefacto ĩtrorſum pectore/& uitalibus diſſolutis: cum ultra horrorem hũanæ miſeriæ etiã uermes eructaret: medicique ultra iam fetorẽ non ferentes crebro iuſſu eius occiderentur: a quodam medico conſtantiam ex deſperatione ſumente

increpitus iram dei esse pœnam suam: atque a medicis ideo non posse curari: edictis late missis christianos de exiliis reuocauit. Ipse autem cruciatus nō sustinens: uī uitæ suæ attulit. Ita tunc res publica sub nouis. iiii. principibus fuit: Constantino & Maxentio filiis augustorum / Lycinio autem & Maximino hominibus nouis. Constantinus pacem ecclesiis post. x. annos: quæ a pſecutoribus uexabantur / indulsit. deinde inter Constantinum & Maxentium bellum ciuile exortum est. Maxentius sæpe multis præliis fatigatus ad pōtē Miluiū ultimo uictus & interfectus est. Maximinus persecutiōis christianor icētor. executorque infestissimus apud Tharsum: dum ciuile bellū cōtra Lycinium disponit: iteriit. Lycinius repētina rabie suscitatus omēs christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellum inter Lycinium ipsum & Cōstātinū efferbuit. sed Constantinus Lycinium sororis suæ uirum in Pānonia primū uicit. deīde apud Ciualas oppressit. Vniuersaque Græcia potitus Lyciniū crebris bellis terra marique assurgentem & repressum tandem ad deditionem coegit. sed Herculii Maximiani soceri sui motus exemplo: ne iterum depositā purpuram in perniciem rei publicæ sumeret: priuatum iussit occidi: cum omnibus iam ministris nefariæ persecutionis extinctis: hunc quoque inquantum exercere potuit: persecutorem digna punitio flagitaret. Constātini filii Crispus & Cōstantinus & Lycinius adolescēs Lycinii augusti filius: Cōstātini aut ex sorore nepos: cæsares sunt creati. His diebus Arrius Alexandrinæ urbis presbyter a ueritate fidei catholicæ deuians: exitiale plurimis dogma constituit: Qui primum: simul ut Alexādriæ / uel notus / uel notatus inter confusos uulgo sectatores / insectatoresque factus est: ab Alexandro eiusdē urbis tunc episcopo pulsus ecclesia est. Cumque homines: quos ī errorem seduxerat etiam in seditionem excitaret: apud Niceam urbem Bithyniæ conuentus. cccxviii. episcoporum factus est: per quos Arrianum dogma exitiale & miserum est euidentissime deprehensum palam proditum / ac reprobatum est. Sed inter hæc latēt causæ: cur uindicem gladium & destinatam in impios punitionem Constantinus imperator etiam ī proprios egit affectus. Nam Crispum filium suū & Lyciniū filium sororis suæ interfecit. Præterea multas gentes diuersis præliis subegit. Vrbem nomine suo / Romanorum regum uel primus uel solus instituit: Quæ sola expers idolorum ad hoc breuissimo tempore cōdita a christiano ipatore puecta est: ut sola Romæ tot sæculis miseriisque prouectæ: forma & potētia merito possit æquari. Tum deinde primus Constantinus iusto ordine & pio uicē uertit edicto. siquidē statuit citra ullā hoinū cædē paganor tēpla claudi.

Hic Constantinus imperator iubet templa claudi. Cap. 19

Ox Gotorū fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici
m soli sinu: hoc est in Sarmatarū regione deleuit. Calocberum quen
dam in Cypro aspirantem nouis rebus oppressit. tricennalibus suis
Dalmatium cæsarem legit. Cumque bellum in Persas moliretur
in uilla publica iuxta Nicomediam: dispositam bene rem publicam filiis tradens:
diem obiit. Anno ab urbe condita. M. lxxxx. ii. Constantius. xxx. v. cum Con- a. chr. 339
stantino & Constante fratribus suis adeptus imperiū. xx. iiii. annis tenuit. Fuit
autem inter successores Constantini & Dalmatius cæsar fratris filius. sed con
tinuo militari factione deceptus est. Interea maligna semper aduersus deū uer
infectatio diaboli: quæ ab initio mundi usque ad nunc a sincero tramite fidei
religionisque infusis errorum nebulis lubrica hominū corda perturbat: postquā
christianis īpatoribus summā regiæ potestatis in meliora uertentibus ecclesiā
christi zelo idolatriæ persequi destitit: aliud machinamentū: quo per eosdem
christianos impatores christi ecclesiam uexaret: iuenit. Fit igitur Arrio noui
erroris auctori cæterisque discipulis ipsius ad familiaritatem Cōstātii impato
ris promptus aditus & facilis uia. suadetur Constantio: ut quosdā ī deo gradus
credat. & qui per ianuam ab errore idolatriæ fuerat egressus: reuersus in sinum
eiusdē ī deo deos quærit. & tāquā p pseudotyp inducitur. Peruerso igitur zelo
potestas armatur illusa. & sub noīne pietatis uis persecutionis agitatur. De noui
nominis electione contenditur: ut Arrianorum potius ecclesiæ: quā catholicor
sint. Sequitur terræ motus horribilis: qui plurimas orientis urbes solo strauit.
Constantius dum Constantem fratrem bello insectatur: incauta petulantia pi
culis sese offerens a ducibus eius occisus ē. Cōstans aduersus Persas & Sapore
qui Mesopotamiam uastauerat: ix. præliis parum prospere decertauit. Seditōe
nouissime atque intemperantia militum nocte adoriri pugnam coactus: pa
tratam pene uictoriam insuper uictus amisit. Postquam se Cōstās intolerādis
uitiis dedisset: ac pœna prouincialium fauorem militum cōpararet: Magnētii
dolis in oppido cui Helena nomen est in proximo Hispaniæ: interfectus est.
Magnentius enim apud Augustudunū arripuit imperium: quod continuo per
Galliā & Aphricam Italiamque porrexit. In Illyrico autē Veteranionē ætate
grandæuum imperatorē sibi milites creauerunt: uirum natura simplicem/cun
ctisque iocūdum: sed qui ne prima quidem unquam litterarum elementa didi
cisset. Ita cūq primas litteras litterarumque syllabas imperator senex iterdum
inuitus meditaretur: a Constantio: qui tunc ī Magnentium ultione fratris ac
census bellū parabat: deponere iussus imperium: abiiciens cū litteris purpuras:
cōtentusque priuatis feriis: palatiū simul scholāque dimisit. Nepotianus deīde
Romæ Constantini sororis filius: gladiatorum manu fretus inuasit imperiū:
qui deinde cum improbus ac per hoc inuisus cunctis esset. a Magnentianis du
cibus oppressus est. Sequitur bellū illud horribile inter Cōstātiū Magnētiūq

apud Nurſiam urbem geſtum:in quo multa Romanorum uiriuʒ profligatio etiam in poſterū nocuit.Magnentius tamē uictus aufugit.ac non multo poſt apud Lugdunum propria ſe manu interfecit. Decentius quoque frater eiuſ/ dem: quem cæſarem Gallis præfecerat:apud Senonas laqueo uitam finiuit. Conſtantius continuo Gallū patrui filium cæſarem legit:quem rurſus crude/ liter/ac tyrannice agentem paulo poſtquam creauerat:occidit.Siluanū quoq̄ per Gallias rebus nouis inhiantem mature circūueniendum opprimendūque curauit.Igitur Siluano interfecto Iulianum patruelem ſuū Galli fratrē cæſarē creatū miſit ad Gallias.Itaque Iulianus cæſar euerſas oppreſſaſque ab hoſtibus Gallias ſtrenuiſſime in integrum reſtituit. Alemanoruʒ paruis copiis magnā multitudinē fudit.Rheno Germanos reuinxit.His elatus ſucceſſibus faſtigiū uſurpauit auguſti.& mox Italiam Illyricumque peruadēs Cōſtātiū Parthicis præliis occupatum regni parte priuauit. Conſtantius Iuliani ſcelere cōperto: dimiſſa expeditione Parthorum:dū ad ciuile bellum reuertitur:in itinere inter Ciliciam Cappadociamque defunctus eſt. Ita ille:qui diſciſſa pace/& unitate fidei catholicæ chriſtiāos aduerſus chriſtianos armans ciuili:ut ita dicā: bello eccleſiæ membra dilacerauerat:totum inquietum tempus impii ſui moleſtūq̄ ſpatium uitæ ſuæ bellis ciuilibus etiam per propinquos & cōſanguineos excita tis exercuit/exegit/expendit.Anno ab urbe condita.M.c.xvi.Iulianus iā duduʒ cæſar poſt autem.xxx.vi. ab auguſto regno potitus anno uno & mēſibus octo imperii ſummā ſolus obtinuit.chriſtianā religionē arte potius:quam poteſtate infectatus:ut negaretur fides chriſti & idolorū cultus ſuſciperetur: honoribus magnis prouocare:quā tormentis cogere ſtuduit.Aperto tamen præcepit edi cto:ne quis chriſtianus docendorum liberaliū ſtudiorum profeſſor eſſet.Sed tamen ſicut a maioribus noſtris compertum habemus:omēs ubiq̄ ꝓpemodū præcepti condiciones amplexati officium:quā fidem deſerere maluerūt. Iulia nus autem bellum aduerſus Parthos parans cū Romanas uires contractas un/ dique ad deſtinatam ſecum retraberet perditionē: chriſtianorum ſanguinem diis ſuis uouit:palam perſecuturus eccleſias:ſi uictoriam potuiſſet adipiſci.Nā & amphitheatrum Hieroſolymis extrui iuſſit: in quo reuerſus a Parthis epi/ ſcopos/monachos/ omēſque eius loci ſanctos beſtiis etiam arte ſæuioribus obii ceret.ſpectaretque laniandos.Itaque poſtquaʒ a Cteſiphōte caſtra mouit:dolo cuiuſdam tranſfugæ in deſerta perductus:cum ui ſitis & ardore ſolis atq̄ inſup labore harenarum confectus periret exercitus: imperator tanto rerum periculo anxius: dum per uaſta deſerti incautius euagatur:ab obuio quodam hoſtium equite conto ictus interiit.Sic miſericors deus impia conſilia impii morte diſ ſoluit.Anno ab urbe cōdita.M.lxxxx.vii.Iouiniāus.xxx.vii. impator ī ſummo rerum diſcrimine ab exercitu creatus: cum & locorum iniquitate captus/& hoſtibus circumſeptus nullam euadendi facultatem nanciſceretur: fœdus cū

a. 363

Sapore rege Perſarum: &ſi parum:putant: dignum ſatis tamen neceſſarium pepigit: quippe ut tutum & incolumen Romanum exercitum non ſolum ab incurſu hoſtium:uerum etiam a locorū periculo liberaret. Niſibiæ oppidum & partem ſuperioris Meſopotamiæ Perſis conceſſit. Inde dū Illyricū rediens per Galatiam iter agit:cum ī cubiculum quoddā nouū ſeſe cubitū recepiſſet: calore prunarum & nidore parietum nuper calce illitorum aggrauatus & ſuffocatus octauo demū menſe quam imperare cœperat: uitam finiuit. Anno ab urbe cōdita.M.lxxxx.viii.Valētinianus.xxx.viii.apud Niceā cōſenſu militū imperator creatus ē.manſitque in eo annis.xi:Qui cū chriſtianus integra fide ſacramentuꝫ militiæ gereret: & ſub Iuliano auguſto tribunus ſcutariorꝫ iuſſus ab imperatore ſacrilego aut īmolare idolis:aut militia excedere:fideliter ſciens & grauiora dei eſſe iudicia/& meliora promiſſa:ſponte diſceſſit.Ita parua iteriecta mora:Iuliano interfecto:ac mox Iouiniano mortuo:qui pro chriſti noīe amiſerat tribunatum: retribuente chriſto ī locum perſecutoris ſui accepit imperium:qui poſtea fratrem ſuū Valentē participeꝫ fecit imperii.& Procopiū tyrānū pluresq; poſtea ſatellites eius occidit. Terræ motus p totū terrarꝫ orbē factus ita turbatū quoque pelagus excuſſit: ut per uicinas terrarum cāpeſtriū partes refuſo mari plurimæ īſularum urbes concuſſæ & ſubrutæ periſſe referā tur. Valens ab Eudoxio epiſcopo Arriani dogmatis aſſertore & baptizatus & perſuaſus in ſæuiſſimā hæreſim declinauit.ſed malignam inſecutionē diu texit. nec uoluntati poteſtatē admiſcuit:quoad uiuētis fratris auctoritate cōpreſſus eſt. Contemplabatur enim de eo quantam uim in ulciſcenda fide imperator poſſet exerere:qui tantam conſtantiā pro retinenda quondaꝫ miles habuiſſet. Horꝫ anno imperii tertio Gratianus Valētiniani filius imperator eſt factus. Eodem āno apud Atrebatas uera lana de nubibus pluuiæ miſta defluxit. Præterea Athanaricus rex Gotoruꝫ chriſtianos gēte ſua crudeliſſime perſecutus plurimos barbarorum ob fidem interfectos ad coronaꝫ martyrii ſublimauit: quorum tamen plurimi in Romanum ſolum non trepidi:uelut ad hoſtes: ſed certi: quod ad fratres:pro chriſti confeſſione fugerūt. Valentinianus Saxonū gentem in oceani litoribus & paludibus inuiis ſitam uirtute atque agilitate terribilem:periculoſam Romanis finibus: eruptionē magna mole meditanteꝫ in ipſis Francorꝫ finibus oppreſſit. Burgundionum quoque nouorū hoſtiū nouū nomen:qui plus quā.lxxx.M.ut ferunt armatorꝫ ripæ Rheni fluminis inſederunt. hos quondā ſubacta interiore Germania a Druſo & Tiberio adoptiuis filiis Cæſaris Auguſti p caſtra diſpoſitos aiunt ī magnā coaluiſſe gentē:atque ita etiam nomē ex ope præſumpſiſſe:qa crebra per limitē habitacula cōſtituta burgos uulgo uocant.eorūq; ēe prævalidā & pniciosam manū Galliæ hodieque teſtes ſunt:in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt:quāuis prouidētia dei oēs chriſtiani mō facti catholica fide noſtriſque clericis:quibus obedirēt:

nb. receptis blande/manſuete innocentēque uiuant: non quaſi cuꝫ ſubiectis Gallis: ſed uere cū fratribus chriſtianis. Anno aūt. xi. imperii ſui Valentinianus cum Sarmatæ gentes ſeſe per Pānonias diffudiſſent: eaſque uaſtarent: bellum in eos parās: apud Brigitionē oppiduꝫ ſubita effuſione ſanguinis: quod græce apoplexis uocatur: ſuffocatus. & mortuus ē. Poſt quē Gratiānus filius eius occidētis imperiū tenuit: Valente patruo in orientis partibus conſtituto. Valentinianuꝫ etiā fratrem ſuū parūu admodū ſociuꝫ creauit īpii. Anno ab urbe condita. M. .c.xx.viii. Valens. xxx. ix. imperium. iiii. annis Valentiniano mortuo tenuit: qui ſolus cū impie ageret: & poſſet erubeſcere: ilico ueluti effrenata liber audacia legē dedit: ut monachi: hoc ē chriſtiani: qui ad unū fidei opus dimiſſa ſæcularium rerum multimoda actione ſe redegerant: ad militiā cogerentur. Vaſtas illas tūc Aegypti ſolitudines/harenaſque diffuſas: quas propter ſitī ac ſterilitatē periculoſiſſimamque ſerpentū abundantiā conuerſatio humana non noſſet: magna habitantiū mōachoꝝ multitudo cōpleuerat. Huc tribuni & milites miſſi: qui ſanctos/ac ueros milites dei alio nomine perſecutionis abſtraherēt: interfecerunt ibi agmina multa ſanctoꝝ. Quæ aūt per diuerſas ubique prouincias his ſimilibuſq; iuſſis aduerſus eccleſias catholicas & rectæ fidei populos geſta ſint: ſatis ſignificatum ipſa reticendi electiōe ſufficiat. Interea in Aphricæ partibus Firmus ſeſe excitatis Mauroꝝ gētibus regē cōſtituens: Aphricā Mauritaniāque uaſtauit. Cæſareā urbē nobiliſſimā Mauritāiæ dolo captā: deinde cædibus incendiiſque cōpletam barbaris in prædam dedit. Igitur comes Theodoſius Theodoſii: qui poſt īperio præfuit/pater/a Valente miſſus effuſas Maurorum gentes multis præliis fregit. ipſumque Firmum afflictū & oppreſſum coegit ad mortem. Poſt cū experientiſſima prouidētia totā cū Mauritania Aphricā meliores priſtinis legibus reddidiſſet: inſtimulante & obrepente inuidia iuſſus interfici: apud Carthaginem baptizari in remiſſionē peccatorū præoptauit. At poſtquā ſacramentum chriſti: quod quæſierat: aſſecutus ē: poſt gloriоſam ſæculi uitā: etiam de uitæ æternitate ſecurus: percuſſori iugulū ultro præbuit. Gratianus interea imperator admodū iuuenis cum īæſtimabilē multitudinē hoſtium Romanis īfuſam finibus cerneret: fretus chriſti potentia lōge impar militum numero ſeſe in hoſtē dedit. & continuo apud Argētariam oppidum Galliarum formidoloſimum bellū incredibili felicitate confecit. Nā plus quā .xxx. M. Alemānorū minimo Romanorum detrimento in eo prælio īterfecta narrantur. Tertio. x. aūt āno imperii Valentis: hoc eſt paruo tempore poſtea quā Valens per totum orientē eccleſiarum lacerationes ſanctorumque cædes egerat: radix illa miſeriarum noſtrarū copioſiſſimos ſimul frutices germinauit. Siquidem genus Hunnoꝝ diu inacceſſis ſecluſa montibus repētina rabie ꝓcita exarſit ī Gotos. eoſq; ſparſim cōturbatos ab antiqs ſedibus expulit. Goti trāſito Danubio fugientes a Valēte ſine ulla fœderis pactione ſuſcepti ne arma quidē:

quo tutius barbaris crederetur tradidere Romanis. Deinde ꝓpter intolerabilē auariciam maximi ducis fame & iniuriis adacti in arma surgentes: uicto Valentis exercitu per Thraciam sese miscentes simul omnia cædibus / incendiis / rapinisque fuderunt. Valens egressus de Antiochia : cum ultima infelicis belli sorte traheretur: sera peccati maximi pœnitētia stimulatus episcopos cæterosque sanctos reuocari de exiliis imperauit. Itaque .xv. imperii sui āno lachrimabile illud bellum in Thracia cum Gotis iā tunc exercitatione uirium / rerumq̄ abundantia instructissimis gessit: ubi primo statim impetu Gotorū ꝓturbatæ Romanorū equitū turmæ nuda peditū deseruere præsidia. Mox legiōes peditus undique equitatu hostium cīctæ: ac primum nubibus sagittarū obrutæ: deide cuꝫ amentes metu sparsiꝫ per deuia cogerētur: funditus cæsæ / gladiis insequntū / contisque perierunt. Ipse imperator cum sagitta sautius / uersusque in fugā ægre in cuiusdam uillulæ casam deportatus lateret: ab insequentibus hostibus deprehensus: subiecto igne consumptus est. & quo magis testimoniū punitiōis eius: & diuinæ indignationis terribili posteris esset exemplo: etiam communi caruit sepultura. Consoletur se & in hoc solo puicacia / miseriaq̄ gentiliū : qa tēporibus & regibus christianis tantæ simul congestæ clades pressam rei publicæ onera uere ceruicē. euersæ prouinciæ. deletus exercitus. imperator incēsus. Magnum reuera hoc est ad nostrum dolorē. magisque miserum: quo magis nouuꝫ. Sed quid hoc ad consolationem proficit paganorum: qui palam peruident & in his quoque persecutorē ecclesiarū fuisse punitum? Vnus deus unā fidem tradidit. unā ecclesiā toto orbe diffudit. hanc aspicit. hanc diligit. hāc defendit. Quolibet se quisque noīe tegat: si huic non sociatur alienus: si hāc impugnat: inimicus est. Consolentur se gentiles inquantum uolunt Iudæorū hæreticorūq̄ suppliciis. tantū & unū deum esse : & eundem personarū acceptorem non esse uel ex hac potissimum Valentis extincti probatione fateantur. Goti ātea per legatos supplices poposcerunt: ut illis episcopi: a quibus christianæ fidei regulam discerēt: mitterentur. Valens imperator exitiabili prauitate detentus doctores Arriani dogmatis misit. Goti primæ fidei rudimentum quod accepe / tenuerūt. Valēs catholicæ fidei normā: quā prius habuerat derelinquens: peruerso Arrianoruꝫ dogmati sese illexit. Itaque iusto dei iudicio ipsi eū uiuū incenderūt: qui ꝓpter eū etiam mortui uitio erroris arsuri sunt. Anno ab urbe condita .M.c.xxx.ii. Gratianus .xl. ab Augusto post mortē Valentis sex annis imperiū tenuit: q̄uis iā dudū antea cū patruo Valente & cū Valentiniano fratre regnaret. qui cum afflictum ac pene collapsum rei publicæ statum uideret: eadem ꝓuisione: qua quondā legerat Nerua Hispanū uirū Traianū: per quē res publica reparata ē: legit & ipse Theodosiū æque Hispanum uirum. & restituendæ rei publicæ necessitate apud Syrmū purpurā induit. orientisq̄ & Thraciæ simul præfecit īpio hoc perfectiore iudicio: quia cū in omnibus humanæ uitæ uirtutibus iste par

fuerit: in fidei ſacramento religioniſque cultu ſine ulla cõparatione præceſſit. Siquidem ille perſecutor. hic propagator eccleſiæ. Ita illi ne unus qdẽ proprius filius: quo ſucceſſore gauderet indultus eſt. huius autem orienti ſimul atq; occidenti per ſucciduas uſque ad nunc generationes: glorioſa propago domiatur.

Creatus imperator Theodoſius a Gratiano Cõſtãtinopoli itrauit uictor. Cap. 20

Itaque Theodoſius afflictã rem publicaz ira dei reparandã credidit miſericordia illius. omnẽque fiduciã ſui ad opẽ chriſti cõferẽs maximas illas Scythicas gẽtes / formidataſq; cũctis maioribus: Alexãdro quoque illi Magno: ſicut Põpeius / Corneliuſque teſtati ſunt: euitatas: nunc aũt extincto Romano exercitu: Romanis equis armiſque inſtructiſſimas: hoc eſt Alanos / Hunnos / & Gotos icũtãter aggreſſus: magnis multiſque prælijs uicit. Vrbẽ Conſtantinopolim uictor intrauit. & ne paruã Romani exercitus manũ aſſidue bellãdo deterreret: fœdus cum Athanarico Gotorum rege percuſſit. Athanaricus autem continuo ut Conſtatinopolim uenit: diẽ obiit. Vniuerſæ Gotorz gentes: rege defuncto aſpicientes uirtutẽ benignitatemque Theodoſii Romano ſeſe imperio dediderunt. In his etiã diebus Perſæ: qui Iuliano interfecto / aliiſque imperatoribus ſæpe uictis: nunc etiã Valente in fugam acto recẽtiſſimæ uictoriæ ſatietatẽ cruda inſultatione ructabant: ultro Cõſtantinopolizz ad Theodoſium miſere legatos: pacẽ ſuppliciter poſtulantes. Ictumque tunc fœdus eſt: quo uniuerſus oriens uſque ad nunc tranquilliſſime fruitur. Interea cum Theodoſius in oriente ſubactis barbarorz gentibus Thracias tandem ab hoſte liberas reddidiſſet: & Arcadium filiũ ſuum conſortem feciſſet imperii: Maximus uir quidẽ ſtrenuus & ꝓbus atque auguſto dignus / niſi cõtra ſacramenti fidẽ per tyrannidem emerſiſſet: in Britannia inuitus propemodum ab exercitu imperator creatus in Galliã tranſiit: ubi Gratianuũ auguſtum ſubita incurſione perterritũ: atq; in Italiã tranſire meditantẽ dolis circũuẽtũ iterfecit. fratrẽq; eius Valentinianũ auguſtũ Italia expulit. Valentinianus in orientem refugiens a Theodoſio paterna pietate ſuſceptus: mox etiã impio reſtitutus ẽ. Cap. 21

Nno ab urbe cõdita milleſimo centeſimo triceſimo octauo Theodoſius quadrageſimuſ primus interfecto a Maximo Gratiano impiuz Romani orbis obtinuit. manſitque in eo annis undecim: cum iam in oriẽtis partibus ſex ãnis Gratiano uiuẽte regnaſſet. Itaque iuſtis neceſſariiſque cauſis ad bellũ ciuile permotus: cum e duobus auguſtis fratribus & ultionem unius interfecti ſanguis exigeret: & reſtitutionẽ miſeria alterius exultantis oraret: poſuit i deo ſpẽ ſuã. ſeſeque aduerſus Maximũ tyrannũ ſola fide maior. nazz longe minor erat uniuerſa apparatus bellici comparatione: ꝓripuit. Aquileiæ

tunc Maximus uictoriæ ſuæ ſpectator ſederat. Andragatius uero comes eius ſummã belli adminiſtrabat: qui cũ largiſſimis militũ copiis/ ipſaque magnarũ copiarũ fortitudine/præcellente conſilio oẽs incredibiliter alpium ac fluminũ aditus cõmuniſſet: ineffabili iudicio dei nauali expeditiõe dũ incautum hoſtẽ præuẽire & obruere parat: ſponte eadẽ: quæ obſtruxerat clauſtra: deſeruit. Ita Theodoſius nemine ſentiente: ut non dicã repugnante: uacuas tranſmiſit alpes. atque Aquileiã improuiſus aduenies hoſtẽ illũ magnũ Maximum/trucem/& ab immaniſſimis quoq; Germanorũ gentibus tributa/ac ſtipendia ſolo terrore nois exigentem ſine dolo & controuerſia clauſit. cepit. & occidit. Valẽtinianus recepta Italia potitus impio ẽ. Andragatius comes cognita Maximi nece præcipitẽ ſeſe e naui in undas dedit. ac ſuffocatus ẽ. Theodoſius incruentã uictoriã deo ꝓcurãte ſuſcepit. Ecce regibus & tẽporibus chriſtianis qualiter bella ciuilia cũ uitari nequeũt: trãſiguntur. Ad uictoriaꝫ peruẽtũ ẽ. irrupta eſt ciuitas. correptus tyrãnus. & hoc parũ ẽ. Ecce a parte alia uictus hoſtilis exercitus: atq; ipſo tyrãno truculentior comes tyrãni ad mortẽ coactus. tãtæ diſſolutæ eluſæque inſidiæ. tanti apparatus exinaniti ſunt. & tamẽ nullus dolos ſtruxit. nullus aciẽ diſpoſuit. poſtremo nullus ſcilicet gladiũ de uagina extulit. Formidoloſiſſimũ bellũ ſine ſanguine uſque ad uictoria/& in uictoria duorũ morte cõfectũ ẽ. Et ne hoc quiſquã caſu factũ putet: quo magis potentia dei: qua diſpẽſantur & iudicant uniuerſa: propalato ſui teſtimoio declarãt: obſtrepentiũ mẽtes uel ad cõfuſionẽ: uel ad fidẽ cogat. dico rẽ ignotã oĩbus. & oĩbus notã. Poſt hoc bellũ quo Maximus interfectus ẽ: multa utiq; ſicut oẽs recognoſcimus: Theodoſiũ filiũq; eius Honoriũ uſque ad nũc externa bella & ciuilia cõſecuta ſũt. & tamẽ omnia pene uſque in hodiernũ diẽ equidẽ cũ fructu ſimplicis ſanctæq; uictoriæ uel nullo: uel minimo ſanguine quieuerunt. Igitur Valentinianus iunior regno reſtitutus: extincto Maxio: eiuſque filio uictore: quẽ ĩpatorẽ Gallis Maximus relinquens præfecerat: ipſe in Galliã tranſiit: ubi cũ trãquilla rei publicæ ĩ pace ageret: apud Viennã dolo Arbogaſtis comitis ſui: ut ferunt: ſtrangulatus: atq; ut uoluntariam ſibi conſciuiſſe mortẽ putaretur: laqueo ſuſpenſus eſt.

Arbogaſtes Valentiniano imperatore occiſo ſtatĩ Eugenium tyrãnũ fecit imperatorem.

Cap. 22

Ortuo Valẽtiniano Auguſto arbogaſtes Eugenium tyrannũ mox
m creare auſus ẽ. Legitq; hominẽ: cui titulũ impatoris imponeret: ipe acturus imperiũ uir barbarus: animo/cõſilio/manu/audacia/potẽtiaq; ni mius. cõtraxitq; undiq; inumeras ĩuictaſque copias uel Romanorũ præſidiis: uel auxiliis barbarorũ alibi poteſtate: alibi cognatiõe ſubnixus. Hiſtoriaꝫ notã etiam oculis plurimorũ quã melius: q ſpectauere: nouerunt. Dilatari non opus eſt uerbis: potentia dei nõ fiducia hominis uictorẽ ſemp extitiſſe Theodoſiũ.

Arbogaſtes iſte præcipuũ in utroque documẽtũ ẽ:qui & tunc:cũ Theodoſio paruit:tantis inſtructũ præſidiis Maximum ipſe minimus cepit: & nunc cum aduerſus eundẽ Theodoſium collectis Gallor; Frãcorumq; uiribus exũdauit: nixus etiaꝫ præcipuo cultu idolor; magna tamẽ facilitate ſuccubuit. Eugenius atq; Arbogaſtes inſtructas acies cãpis expedierant. arta alpiũ latera atque inꝛ euitabiles tranſitus præmiſſis callide inſidiis occuparant: ut etiam ſi nũero ac uiribus impares forent:ſola tamẽ belli diſpoſitione uictores. At uero Theodoſius ĩ ſummis alpibus cõſtitutus:exps cibi ac ſomni:ſciẽs quod deſtitutus ſuis: neſciens:quod clauſus alienis:dominũ chriſtũ ſolus ſolũ:qui poſſet oĩa:corpore humi fuſus:mente cœlo fixus orabat. Debinc poſtq; inſomnẽ noctem precuꝫ continuatione tranſegit. & teſtes ꝓpemodũ:quas in precium præſidii cœleſtis appenderat:lachrimar; lacunas reliqt. fiducialiter arma corripuit ſolus. Sciẽs uero ſe eſſe non ſolũ ſigno crucis tuendũ:ſed & uictoriam adeptur;:ſigno crucis ſe muniens ſignũ uictoriæ dedit. ac ſe in bellum etiã:ſi nemo ſequeretur:uictor futurus ĩmiſit. Prima ſalutis uia extitit Arbitio hoſtiliũ partium comes:q; cũ ignar; impatorẽ circũpoſitis excepiſſet iſidiis:cõuerſus ad reuerentiã præſentis auguſti nõ ſolum ꝑiculo liberauit. uer; etiã inſtruxit auxilio. At ubi ad cõtigua ĩmiſcendæ pugnæ ſpatia peruentũ eſt:cõtinuo magnus ille & ineffabilis turbo uentor; in ora hoſtiũ ruit. Ferebãtur ꝑ aerẽ ſpicula miſſa noſtror;. atque ultra menſurã humani iactus ꝑ magnũ inane portata nuſquã propemodum cadere priuſ quã impingerent:ſinebantur. Porro aũt turbo continuus ora pectoraque hoſtiũ nunc illiſis grauiter ſcutis euerberabat. nũc ĩpreſſis ꝑtinaciter obſtructa claudebat. nũc auulſis uiolenter deſtituta nudabat. nũc oppoſitis iugiter ĩ terga trudebat. tela etiã:quæ ipſi uehementer intorſerant:excepta uentis/impetu ſupinata:ac retrorſuꝫ coacta ipſos infeliciter configebant. Proſpexit ſibi humanæ cõſciẽtiæ pauor. Nã cõtinuo ſeſe parua ſuor; manu fuſa uictori Theodoſio boſtilis ſtrauit exercitus.

Eugenius tyrannus captus eſt. & occiſus. Cap. 23

Vgenius captus atque ĩterfectus ẽ. Arbogaſtes ſua ſe manu perculit. Ita & hic duor; ſanguie bellũ ciuile reſtinctũ ẽ abſque illis. x. M. Gotor;:quos præmiſſos a Theodoſio Arbogaſtes deleſſe funditus fert: quos utique perdidiſſe lucrũ. & uinci uincere fuit. Nõ inſulto obtrectatoribus noſtris. Vnũ aliquod ab initio urbis cõditæ bellũ ꝓferant: tam pia neceſſitate ſuſceptum:tã diuina felicitate confectũ:tã clementi benignitate ſopitũ:ubi nec pugna grauẽ cædem:nec uictoria cruentã exegerit ultionẽ. & fortaſſe cõcedã: ut non hæc fidei chriſtiani ducis conceſſa uideantur:q̃uis ego hoc teſtimoĩo non laborem:q̃do unus ex ipſis poeta qdẽ eximius: ſed paganus ꝓuicaciſſimus huiuſmõi uerſibus & deo & homini teſtimoniũ tulit: qbus ait. Omniũ dilecte

deo tibi militat æther.& cõiurati ueniunt ad classica uẽti.Ita cœlitus iudicatũ ẽ iter partẽ ẽt sine præsidio hoiuꝫ:de solo deo hũiliter sperantẽ:& partẽ arrogãtissime de uiribus suis & de idolis præsumentẽ.Theodosius aũt composita tranquillataq̃ re publica apud Mediolanũ cõstitutus diẽ obiit.

Arcadius & Honorius regnũ ipii Romani susceperũt. Cap.24

Nno ab urbe cõdita.M.c.xl.ix. Arcadius augustus: cuius nũc filius a. 396
a Theodosius orientẽ regit.& Honorius augustus frater eius: cui nũc res publica initiẽ.xl.ii.loco cõmũe iperiũ:diuisis tãtum sedibus tenere cœpunt.uixitque Arcadius post patris excessum ãnis.xii.imperiiq̃ summam Theodosio filio suo paruo admodũ moriẽs tradidit.Interea Gildo comes:qui i initõ regni eorꝫ Aphricæ præerat:sil' ut defuctũ Theodosiũ cõpit:siue:ut qdã ferunt:quadã ꝓmotus iuidia Aphricã orientalis iperii partibus iungere molitus ẽ:siue:ut alia tradit opio:minimã i paruulis spẽ fore arbitratus: præsertĩ cũ absq̃ bis nõ facile ãtea quisquã pusillus i iperio relictus ad maturitatẽ uirilis ætatis euaserit:istiq̃ ꝓpemodũ soli inueniant:quos ob gr̃az patris ac suã fidẽ & diuisos & destitutos christi tutela ꝓuexerit:Aphricã excerptã a societate rei publicæ sibi usurpare ausus ẽ:gẽtili magis licentia cõtentus:quã ãbitu regiæ affectionis iflatus.Huic Mascezel fr̃ fuit:qui nouarꝫ rerꝫ molitiões in fr̃e perhorrescẽs cũ filiis adolescẽtibus i Italiã rediit. Gildo & absentiã fr̃is & præsentiã filioruꝫ eius suspectã habens:adolescentes dolo circũuentos iterfecit. Ad hunc iã:ut hostez bello isequẽdũ:Mascezel frater missus ẽ:quez idoneũ ꝓcurãdæ rei publicæ fore ꝓpriæ orbitatis recẽs dolor pollicebat. Igit̃ Mascezel iã id' a Theodosio sciẽs: quãtũ in rebus d'spatissimis oratio hois p fidẽ christi a clementia dei ipetraret: Caprariã insulã adiit:unde secũ sanctos ſuos dei aliquot permotus precibus suis sumpsit.Cũ his oratiõibus/ieiuniis/psalmis dies & noctes cõtinuans sine bello uictoriã meruit.ac sine cæde uindictã. Ardalio flumis nomẽ ẽ: quod fluit inter Thebastẽ & Metrideraã ciuitates:ubi cũ parua mãu: hoc ẽ cũ.v.M.ut aiunt: militũ cõtra.lxx.M.hostiũ castra metatus: cũ interiecta mora excedere loco: oppositasque præiacẽtis uall' angustias trãsgredi uellet:itercurrẽte nocte beatũ Ambrosiũ epm Mediolani paulo ante defunctũ p somniũ sibi uidere uisus est: significantẽ manu:& ipacto ad humũ ter baculo dicẽtẽ.hic.hic.hic:Quod ille prudenti cõiectura itellexit:merito ãnũtiantis fidẽ uictoriæ: uerbo locũ:nũero diẽ significari.Substitit.ac tertio demũ die post noctẽ oratioibus hymnisque pugilẽ munitus ipsis cœlestiũ sacramentorꝫ mysteriis in hostem circũfusum ꝓcessit.Et cũ ad eos:q primi occurrerant pia pacis uerba iactaret:siginferum quendã isolenter obsistentẽ:iãiãq̃ pugnã excitãtẽ gladio pcussit in brachio.eũq̃ mãu debilẽ ipo uulnere coegit ꝓnũ iclinare uexillũ. Quo uiso reliquæ cohortes deditionẽ iã fieri priorꝫ existimantes certati sese ad Mascezelẽ signis tradidere cõuersis.Barbari:quorꝫ magnã multitudinẽ Gildo ad bellũ deduxerat:defectu

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA Poznań

militum deſtituti ī diuerſa fugierunt.

Cap. 25

Gildo occiſus eſt.

Ildo & ipſe fugā molitus arrepta naui: ut in altū ꝓuectus: ac deide re/
g uocatus ī Aphricā ē: poſt aliquot dies ſtrangulatus ĩteriit. Periclita
remur ſub tātoꝝ miracl'oꝝ relatu: q̄ſi præſumpta mētiēdi ĩpudētia:
ſi adhuc uocē nr̄aꝫ cōſcientia eoꝝ: q̄ ĩterfuere nō præcurreret. Nullæ aguntur
inſidiæ. nulla corruptio. &. lxx. M. hoſtiū uicunt̄. Pene ſine pugna fuit uictus ad
tēpus: ne plus audeat uictor iratus. Tranſportatur ī diuerſū locū: ut neſciatur a
fre occidi: quo uindicent̄ occiſi. Sane idē Maſcezel elatus reꝝ ſecundaꝝ inſolen
tia: poſt habito ſanctoꝝ cōſortio: cū q̄bus ātea deo militās uicerat: ēt eccl'iam
temerare auſus ē. atq̄ ex ea quoſdā nō dubitauit extrahere. Secuta ē pœna ſacri
legiꝫ. Nā iiſdē ſupſtitibus/atq̄ iſultantibus: quos ab eccl'ia ad pœnā ꝓtraxerat:
poſt aliq̄tū tēpus ſolus ipe punitus ē. ꝓbauitq̄ in ſe uno ad utrūque ſemp diuinū
uigilār iudiciū: q̄do & cū ſperauit adiutus: & cū cōtempſit: occiſus ē. Interea cū
a Theodoſio ĩpatore ſenioꝛ ſingl'is potiſſimis ĩfantū cura & diſciplīa utriuſq̄ pa
latii cōmiſſa eēt: hoc ē Rufino orientalis aulæ: Stilicōi occidētalis ĩpii q̄d uter
q̄ egerit: q̄d ue ageꝛ conatus ſit: exitus utriuſq̄ docuit: cū alius ſibi: alius filio ſuo
affectās regale faſtigiū: ut rebus repente turbatis neceſſitas rei publicæ ſcelus
ambitus tegeret: gentes barbaras ille ĩmiſit. hic fouit. Taceo de Halarico rege
cū Gotis ſuis ſæpe uicto: ſæpe cōcluſo: ſemp̄q̄ dimiſſo. Taceo de ĩfelicibus illis
apud Polentiā geſtis cū barbaro & pagano duce: hoc ē Sauli: cui ſumma belli
cōmiſſa ē: cuius im ꝓbitate reuerentiſſimi dies: & ſanctū paſca uiolatū ē. ceden
tiq̄ hoſti ꝓpter religionē: ut pugnaret: extortū ē: cū q̄deꝫ oſtendente ī breui iu
dicio dei & q̄d fauor eius poſſet: & q̄d ultio diuīa exigeret: pugnantes uicimus.
uictores uicti ſumus. Taceo de ipſoꝝ inter ſe barbaroꝝ crebris dilaceratiōibus:
cū ſe iuicē Gotoꝝ cunei duo: deide Halani atq̄ Hūni uariis cædibus ppl'abāt.

Cap. 26

Rhedagaiſus hoſtis Italiaꝫ intrauit. & occiſus eſt cū gente ſua.

Hedagaiſus oīuꝫ antiquoꝝ preſentiūq̄ hoſtiū lōge ĩmaniſſimus repen
r tino ĩpetu totā inundauit Italiā. Nā fuiſſe in popl'o eius plus quaꝫ. cc.
. M. Gotoꝝ ferunt. Hic ſupra hāc incredibileꝫ multitudineꝫ ĩdomitā
que uirtuteꝫ: paganus & Scytha erat: q̄: ut mos ē barbaris huiuſmōi gentibus:
omneꝫ Romāi generis ſanguineꝫ diis ſuis ꝓpinare deuouerat. Hoc igīt Roma
nis arcibus ĩminente fit oīuꝫ paganoꝝ in urbe cōcurſus/clamantiū: hoſtem eſſe
cū utique uiriū copia/tū maxīe præſidio deoꝝ uincendū: potenteꝫ urbem aūt iō
deſtitutā & matur̄ ꝑiturā: quia deos & ſacra ꝓdiderit. magnis q̄relis ubiq̄ agit̄.
& cōtinuo de repetendis ſacris celebrandiſque tractatur. Feruent tota urbe blaſ
phemiæ. uulgo nomen chriſti tanq̄ lues aliqua præſentiū temporꝝ ꝓbris ingra
uatur. Itaque ineffabili iudicio dei factū eſt: ut: quoniā ī ꝓmiſto ppl'o piis gra:
impiis pœna debebatur: oportebatque ꝓmitti hoſtes: q̄ ĩſuaſibileꝫ ī plurimis &

cõtradicẽtẽ ciuitatẽ ſeuerioribus ſolitos flagris coarguerent:nõ tamẽ eos:qui i diſcrete cũctos itẽpata cæde delerent:duo tũc populi Gotoꝝ cũ duobus potentiſſimis regibus ſuis ꝑ Romanas ꝓuincias bacchabant:quoꝝ unus chriſtianus ꝓpiorq̃ Romano ppſo:&:ut res docuit : tiore dei mitis in cæde:alius paganus barbarus & ueñ Scytha:q nõ tãtũ gloriã:aut prædã:q̃tũ iexaturabili crudelitate ipſaꝫ cædẽ amaret. In cæde & hic iã receptus ſinu Italiæ Romã e ꝓxio tremẽtẽ terrore quaſſabat. Itaq̃ ſi huic ultiõis poteſtas ꝓmitteret:quẽ Romani ob hoc præcipue timendũ arbitrabãtur:qa fauorẽ deoꝝ/ſacrificioꝝ obſequis inuitaret: & imoderatior cæde ſine fructu emendatiõis arſiſſẽt. & error nouiſſimus peior priore creuiſſet : quãdoqdẽ in pagani & idolatræ mãus icidiſſe nõ ſolũ paganis reſiduis de reſtaurãdo cultu idoloꝝ eẽt indubitata ꝓſuaſio:ſꝫ ẽt chriſtianis picuioſa ꝓſuaſio:cũ & hi terrerent præiudicio. & illi cõfirmarent exẽplo. Quã obrẽ iuſtus diſpenſator bũani generis d̃us pire paganũ hoſtẽ uoluit. & chriſtianum prævalere ꝓmiſit:ut pagani/blaſphemãteſq̃ Romãi & illo cõfunderent ꝓdito:& hoc pũirentur imiſſo:maxie cũ ipatoris Honorii admiranda i rege cõtinentia & ſanctiſſima fides nõ paꝝ diuiæ miſericordiæ mereret. Cõceduntur quidẽ ad uerſus imaniſſimũ illũ hoſtẽ Rhedagaiſuꝫ alioꝝ hoſtiũ turmæ cũ copiis ſuis iclinantur ad auxiliũ eoꝝ ai. aſſunt Vldinus & Sarus Hunnoꝝ & Gotoꝝ duces præſidio Romanoꝝ. ſꝫ nõ ſinit deus rẽ potentiæ ſuæ uirtute boium & maxime hoſtiũ uideri. Cõterritũ diuinitus Rhedagaiſuꝫ i Feſulanos mõtes coegit. eiuſq̃ ſc̃m eos:qui parciſſime referũt. cc. M. boiuꝫ inopuꝫ cõſilii/& cibi in arido & aſpo mõtis iugo urgente undiq̃ tiore cõcludit. agminaq̃:quibus dudũ anguſta uidebat Italia latendi ſpe in unũ ac paruũ uerticẽ trudit. Quid mꝑtis morer:nõ diſpoſita in bellũ acies fuit. nõ furor tiorq̃ icerta pugnæ prætulit. nõ cædes acta. nõ ſanguis effuſus ẽ:qd̃ felicitati poſtrẽo loco deputari ſolet:dãna pugnæ euentu cõpenſata uictoriæ : edentibus/bibentibus/ludentibuſque nr̃is tanti illi/tamq̃ imanes hoſtes eſurientes/& ſitientes/languenteſque cõfecti ſunt. Paꝝ hoc ẽ:niſi captũ & catenatũ ac ſubiugatũ ſciãt:quẽ timuere Romani. illũq̃ idolatrã ſuuꝫ: cuius ſacrificia ſe magis ptẽſcere:quã arma fingebãt:ſine prælio uictũ ac uictũ ſub iugo cateniſque deſpiciant. Igit rex Rhedagaiſus ſolus ſpẽ fugæ ſumẽs clam ſuos deſeruit. atq̃ i nr̃os icidit:a quibus captus & pauliſp retẽtus/ac deide iterfectus ẽ. Tãta uero mꝑtitudo captiuoꝝ Gotoꝝ fuiſſe ferẽt:ut uiliſſimaꝝ pecudũ mõ ſingulis aureis paſſiꝫ greges boiuꝫ uenderentur. Sꝫ nihil ſupeẽ deus de eodeꝫ ppſo ſinit. Nã ilico cunctis:qui emebant morientibus: qd̃ imꝑpbi ẽptores eorũ nõ ipenderũt turpiter ꝑciis:expenderunt miſericorditer ſepulturis. Igit ingrata Roma:quæ ſicut nũc ſenſit/nõ ad remittendã:ſꝫ ad reprimendã idolatriæ præſumptionẽ iudicis dei obliq̃ miſericordiã:ita cõtinuo ꝓpter uiuoꝝ/mortuoꝝq̃ ſanctoꝝ piã recordationẽ dei irã paſſura nõ plenã:ſi forte cõfuſa pœniteat:& ꝑ expientiã fidẽ diſcat: ab icurſu Halarici regis & hoſtis/ſꝫ chriſtiãi aliq̃tulo ad tẽpus ſpatio differtur.

Stilico uoluit usurpare imperium Ro. pro filio. Cap. 27

Nterea comes Stilico Vuandalorꝝ imbellis auaræ/ꝑfidæ/& dolosæ gē
i tis genere editus: parui pendens: qd̄ sub imꝑatore īꝑabat: Eucheriuꝫ
filiū suū: sicut a plerisque tradit̄/iā inde christianorꝝ ꝑsecutōeꝫ a puero
priuatoq̄ meditantē/in īꝑio quoquo mō substituere nitebat̄. Quā ob rē Halari
cū cunctāq̄ Gotorꝝ gentē ꝓ pace optīa: & qbuscūq̄ sedibus suppliciter ac sim/
pliciter orantē occulto fœdere fouens: publice aūt & belli & pacis copia negata
ad terrendā terendāq̄ reꝫ publicā reseruauit. Præterea gētes alias copiis/uiribus
q̄ intolerabiles: qbus nūc Galliarꝝ Hispaniarꝝq̄ ꝓuinciæ p̄muntur: hoc ē Hala
norꝝ/Sueuorꝝ Vuandalorꝝ: ipsoque simul motu impulsorꝝ Burgūdionū ultro in
arma solicitans: deterso semel Romāi nois metu suscitauit. eas iteri ripas Rheni
quatere. & pulsar̄ Gallias uoluit: sperās miser sub hac necessitatis circūstātia: qa
& extorq̄re īꝑiū genero posset in filiū: & gentes barbaræ tā facile cōprimi: quaꝫ
cōmoueri ualerent. Itaq̄: ubi īꝑatori Honorio exercituiq̄ Romāo hæc tantorꝝ
scelerꝝ scæna patefacta ē: cōmoto iustissime exercitu occisus ē Stilico: q: ut unū
puerꝝ purpurā indueret: totius generis hūani sanguinē dedit. Occisus est & Eu
cherius: q ad cōciliandū sibi fauorē paganorꝝ restitutiōe tēplorꝝ & euersiōe ec/
clesiarꝝ ībuturꝝ se regni primordia minabat̄. pauciq̄ cū iisdē satellites tantarum
molitionū pūiti sunt. Ita mīmo negocio paucorūq̄ pœna ecclesiæ christi cuꝫ
imꝑatore religioso & liberatæ sunt & uindicatæ. Itaq̄ post hæc tāta augmenta
blasphemiarꝝ nullāq̄ pœnitētiā ultima illa diuque suspensa urbē pœna cōseqtur.

Halaricus urbē expugnauit Romā. & deprædatus ē. Cap. 28

Dest Halaricus. trepidā Romaꝫ obsidet. turbat. irrūpit: dato tamen
a præcepto prius: ut siq in sancta loca præcipueq̄ ī sanctorꝝ apostolorꝝ
Petri & Pauli basilicas cōfugissent: hos ī primis īuiolatos securosque
eē sinerent. Tū deinde: ī q̄tū possent prædæ īhiātes: a sanguīe tēꝑarēt. Accidit
quoque: quo magis illa uerbis irruptio indignatiōe dei acta: q̄ hostis fortitudīe
ꝓbaret̄: ut beatus Innocētius Romāæ eccl̄iæ ep̄s: tāq̄ iustus Loth subtractus
a Sodomis occulta ꝓuidentia dei apud Rauennā tunc positus peccatoris ppl̄i
nō uideret excidiū. Discurrentibus itaq̄ ꝑ urbē barbaris forte unus Gotorꝝ/idē
que potens & christianus sacrā deo uirginē iā ætate ꝓuectaꝫ in q̄dā ecclestica
domo repit. Cūque ab ea aurꝝ argentūque hōeste exposceret: illa fideli cōstātia
esse apud se plurimū: & mox ꝓferendū spopōdit. ac ꝓtulit. Cūque expositis opi
bus attonitū barbarꝝ magnitudine & pōdere ac pulchritudīe: ignota etiā uasorꝝ
qualitate uideret: uirgo christi ad barbarꝝ ait. Hæc Petri apl̄li sacra mīsteria
sunt. præsume: si audes. de facto tu uideris. Ego qa defendere nequeo: cōtēdere
nō audeo. Barbarus uero ad reuerentīā religiōis tīore dei & fide uirginis motus
ad Halaricū hæc ꝑ nūtiū retulit: q continuo reportari ad apostoli basilicā uni/
uersa: ut erāt: uasa imꝑauit. uirgineꝫ ēt/simulque oēs: q se adiūgerent christiāos:
eodeꝫ cū defensione deduci. Ea domus sanctis sedibus lōgo: ut ferunt: & medio

iteriectu urbis aberat. Itaq̄ magno ſpectaculo oium diſpoſita p̄ ſingulos ſingla. & ſup capita lata palā aurea atq̄ argentea uaſa portant: exertis undiq̄ ad defenſionē gladiis pia pōpa munit. Hymnus deo Romanis barbariſque concinentibus publicæ canitur. ꝓſonat late i excidio urbis ſalutis tuba. omneſque etiā in abditis latentes inuitat. ac pulſat. Cōcurrūt undiq̄ ad uaſa Petri/uaſa chriſti. plurimi etiaꝫ pagani chriſtiāis ꝓfeſſione/ſi nō fide/admiſcentur. & p̄ hoc tamē ad tēpus: quo magis cōfundant: euadūt. Quāto copioſius aggregant Romāi cōfugiētes: tāto auidius circūfunduntur barbari defenſores. O ſacra & ineffabilis diuini iudicii diſcretio. O ſanctū iſtud & ſalutāre flumē: qđ p̄ arua exortū dū beato alueo i ſanctoꝝ ſedes tēdit: oberrātes piclitanteſque aīas i ſalutis ſinū pia rapacitate ꝓuexit. O præclara illa chriſtianæ militiæ tuba: quæ generaliter cunctos dulciſſimo ad uita modulamīe inuitās: quos ad ſalutē inobedientes nō ſuſcitauit: iexcuſabiles reliqt ad mortē. Myſteriū hoc: qđ in trāſferendis uaſis/dicendis hymnis/ducēdis popul̄ fuit: tāq̄ magnū cribrū fuiſſe arbitror: p̄ qđ ex cōgregatiōe pp̄i Romāi: tāq̄ ex magna maſſa frumēti p̄ oīa ex uniuerſo ābitu ciuitatis latebraꝝ foramīa effluxere grana uiua. ſiue occaſiōe: ſiue ueritate cōmota oīa: tamē de præſente ſalute credētia ex horreo domīcæ præparatiōis accepta ſunt. Reliqua uero: uelut ſtercora: & uelut paleæ ipa ul̄ incredulitate: ul̄ iobedientia præiudicata ad exterminiū atq̄ icendiū remāſerūt. Quis hæc ꝓpendere plenis miraculis? qs prædicāt dignis laudibus q̄at? Tertia die barbari: quā ingreſſi urbē fuerāt: ſpōte diſcedūt: facto qdē aliquataꝝ ædiū icendio: ſꝫ ne tāto qdē: quantū. dcc. cōditiōis eius āno caſus effecerat. Nā: ſi exhibitā Nerōis ipatoris ſui ſpectaculū iflāmatōeꝫ recēſeā: ꝓculdubio nulla cōpatione æqpabīt ſcđm id: qđ excitauerat laſciuia principis: hoc: qđ nūc cōtulit ira uictoris. Neq̄ uero Gallorū meminiſſe i buiuſmōi collatiōe debeo: quā cōtinue pene p̄ āni ſpatiū icēſæ urbis attritos cineres poſſederūt. Et: ne q̄ſquā forte dubitaret ad correptionē ſupbæ laſciuiæ: & blaphemæ ciuitatis hoſtibus fuiſſe ꝑmiſſuꝫ: eodē tempore clariſſima urbis loca fulmībus diruta ſunt: quæ inflāmari ab hoſtibus nequerūt. Anno itaq̄ ab urbe cōdita. M. c. lxx. iiii. irruptio urbis p̄ Halaricū facta ē: cuius rei q̄is recēs mēoria ſit: tamen ſiqs ipſius populi Romani & multitudiēꝫ uideat/& uocē audiat: nihil factuꝫ: ſicut et ipi fatēbitur: arbitrabit: niſi aliquātis adhuc exiſtētibus ex icēdio ruinis forte doceatur. In ea irruptiōe Placida Theodoſii pricipis filia: Arcadii & Honorii impatorū ſoror: ab Attabulfo Halarici ꝓpinquo capta ē atq̄ i uxorē aſſūpta: quaſi eā diuīo iudicio: uelut ſpeciale pignus obſidē Roma tradiderit. ita iūcta barbari potentiſſimi regis cōiugio mlto rei publicæ cōmodo fuit. Interea ante bienniū Romāæ irruptiōis excitatæ p̄ Stiliconē gentes Halanorū: ut dixi: Sueuorū/Vuādalorū: multæq̄ cū his aliæ Francos ꝓterūt. Rhenū tranſeūt. Gallias inuadunt. directoque ipetu Pyreneū uſque pueniūt: cuius obice ad tēpus repulſæ p̄ circūiacentes ꝓuicias refundūt. His p̄ Gallias bacchantibus apud Britānias Gratiānus municeps eiuſdē inſulæ tyrānus creat. & occiditur. Huius loco Cōſtantinus ex

a. 421 (potius 409)

infima militia ꝓpter ſolā ſpē nois ſine merito uirtutis eligit̄:q cōtinuo: ut iuaſit ipiū in Gallias traſiit. Ibi ſæpe a barbaris icertis fœderibus illuſus detrimēto magis rei publicæ fuit. Miſit uero in Hiſpanias iudices: quos cū ꝓuiciæ obediēter accepiſſent: duo fres iuuenes nobiles & locupletes Didymus/& Verianianus nō aſſumpſere. ne aduerſus tyrānū qdē tyrānidē: ſ3 impatori iuſto aduerſus tyrānuz & barbaros tueri ſeſe patriāq ſuaz moliti ſunt. Quod ipo geſtæ rei ordie patuit. Nā tyrānidē nēo: niſi celeriter maturatā ſecreto inuadit: & publicæ arma: cuius ſumma ē: aſſūpto diademate/ac purpura uideri āte: q̄ ſciri. Hi uero plurio tēpe ſeruulos tantū ſuos ex ꝓpriis præſidiis colligentes: ac uernacula alentes ſuptibus: nec diſſimlato ꝓpoſito abſque cuiuſquā inqetudie ad Pyrenei clauſtra tēdebāt. Aduerſus hos Cōſtantinus Cōſtantē filiū ſuū ꝓdolor ex mōacho cæſarē factū cū barbaris qbuſdā: q quondā in fœdus recepti/atq in militiā allecti/Honoriaci uocabant̄: i Hiſpanias miſit. Hinc apd̄ Hiſpanias pria mali labes. Nā iterfectis illis fribus: q tutari priuato præſidio Pyrenei alpes moliebant̄: bis barbaris: quaſi in p̄ciū uictoriæ primū prædandi i Palatinis cāpis licentia data. debic ſupradicti mōtis clauſtroꝝ q̄ eius cura ꝑmiſſa ē: remota ruſticanoꝝ fideli & utili cuſtodia. Igit̄ honoriaci ibuti præda & illecti abundantia: quo magis ſcelus ipunitū foret: atq ipſis ſceleris plus liceret: ꝓdita Pyrenei cuſtodia/clauſtriſque patefactis cunctas gētes: quæ p Gallias uagabant̄: Hiſpaniaꝝ ꝓuinciis imittūt. iidēq ipi adiungūtur. Vbi actis aliq̄diu magnis cruētiſq diſcurſibus: poſt graues reꝝ atq boiū uaſtatōes: quaꝝ ipſos quoq mō pœnitet: habita ſorte & diſtributa uſque ad nūc poſſeſſioe cōſiſtūt. Multa nūc mihi de huiuſmodi rebus facultas loq̄ndi foret: ſi nō ſcd̄m oēs hoies apud uniuſcuiuſq mētē cōſcietia ſecreta loq̄ret̄. Irruptæ ſunt Hiſpāiæ. cædes uaſtatiōeſque paſſæ ſunt. nihil qde nouū. Hoc eni nūc p bienniū illud: quo boſtil̄ gladius ſæuit: ſuſtinuere a barbaris: qd̄ p. cc. quōdā āos paſſæ fuerant a Romanis: qd̄ ēt ſub impatore Galeno p āos ꝓpemodū. xii. Germanis euertentibus excepūt. Veꝝ tamen qs nō ſe: q ſui/ſuorūq actuū/uel ēt cogitationuz cōſcius iudicia dei metuit/iuſte oia paſſuz: ul̄ ēt parua ſuſtinuiſſe fateat̄: aut qs ſe nō itelligit/deūq nō metuit: quo mō nō iuſte iſta. & qdē parua ſuſtinuit? Quæ cū ita ſint: illud tantū clementia dei eadē pietate: qua duduz prædixerat/ꝓcurauit: ut ſcd̄z eugl̄m ſuū: quo iceſſabiliter cōmonebat: cū uos ꝑſecuti fuerit in una ciuitate/fugite i aliā: qſque egrediēs: quo abire uellet: ipſis barbaris mercenariis miſtris/ac defenſoribus uteret. Hoc tūc ipſi ultro offerebāt. Et q auferre oia iterfectis oibus poterāt: particulā ſtipēdii ob mercedē ſeruitii ſui & trāſuecti oneris flagitabāt. & boc qdē a plurimis factū ē. Qui aūt nō crediderūt euāgelio dei/quaſi cōtumaces: ul̄ ſi ēt nō audierūt/dupliciter cōtumaces/ nō dederūt locū iræ: iuſte ſupueniente ira cōprehenſi & oppreſſi ſunt. Quāq & poſt hoc quoque cōtinuo barbari execrati gladios ſuos ad aratra cōuerſi ſunt. reſiducſq Romaos: ut ſocios mō/& amicos foueāt: ut iueniant̄ iā inter eos qdā Romani: q malit̄ iter barbaros paupez libertatē: quā inter Romanos tributariā ſolicitudiez ſuſtinere:

quãq̃:si ob hoc solũ barbari Romãis finibus imissi forẽt: qd uulgo p̃ orientẽ & occidentẽ eccl'iæ christi Hũnis/Sueuis/Vuãdal'/& Burgundiõibus/diuersisque innũeris credentiũ ppl'is replent:laudanda & attollẽda misericordia dei uideret: q̃doq̃dẽ & si cũ labefactiõe nr̃i tãtæ gentes agnitõez ueritatis accipent: quã iuẽir utiq̃:nisi hac occasiõe nõ possent. Quid enĩ dãni ẽ christiano ad uitã æternã inhiãti huic scl'o quolibz tẽpore/& quoquo pacto abstrahi?qd aũt lucri ẽ pagano i medio christiãor̃ aduersus fidẽ obdurato:si paulo diutius diez p̃trahat q̃ndoq̃ morituro:cui despata cõuersio ẽ? Et qa ineffabilia sunt iudicia dei:quæ nec scire oĩa:nec explicare:quæ scimus:possumus:breuiter expresseri correctionẽ iudicis dei:quoquo pacto accidat:iuste sustinerẽ:q sciũt:iuste sustinere:q nesciũt. Anno ab urbe cõdita .M.c.lxx.v. Honorius ip̃ator uidẽs tot oppositis tyrãnis nihil aduersuz barbaros agi posse:ipsos prius tyrãnos deleri iubz. Cõstãtio comiti huius summa belli cõmissa ẽ. Sensit tũc demũ res.p. & quã utilitatẽ i Romão tãdẽ duce recepit. & quã eatenus pniciez p̃ longa tempora barbaris comitibus subiecta tolerarit.

Honorius rẽ publicã Cõstantio cõmittit. & extincti sunt omnes tyranni. Cap. 29

Gĩt Cõstãtius comes i galliã cũ exercitu p̃uectus Cõstãtinũ ip̃atorẽ i apd' Arelatũ ciuitatẽ clausit. cepit. & occidit. Iã hic: ut de cathalago tyrãnor̃ quãbreuissime loq̃r: Cõstantẽ filiũ Cõstantini Gerõtius comes suus uir nequã magis:quã p̃bus apud Viennaz interfecit. atq̃ in eius locum Maximũ quendã substituit. Ipse uero Gerõtius a suis militibus occisus ẽ. Maximus exutus purpura:destitutusque a militibus Gallicanis:q i Aphricã traiecti: deĩde in Italiã reuocati sunt:nũc inter barbaros in Hispania egẽs exulat. Iouinus postea uir Galliar̃ nobilissimus in tyrãnidẽ mox ut assurrexit:cecidit. Sebastianus fr̃ eiusdez hoc solũ:ut tyrannus moreret:elegit:nã cõtinuo:ut ẽ creatus:occisus ẽ. Quid de ifelicissimo Attalo loquar:cui occidi iter tyrãnos honor & mori lucrũ fuit? In hoc halaricus ip̃ator facto/iterfecto/refecto/ac d'fecto:citiusq̃ bis oĩbus actis pene: q̃ dictis minimũ risit. & ludũ spectauit impii. Nec mir̃ si iure hac põpa miser lusus ẽ:cuius ille umbratil' cõsul Tertulus ausus ẽ in curia dicer̃. loquar uobis patres cõscripti cõsul & põtifex:quor̃ alter̃ spo/spans ab eo:qui nõ habebat spez. & maledictus utiq̃:q spez suã posuerat in hoĩe. Attalus itaq̃ tanquã inane ip̃ii simulacrũ cũ Gotis usque ad Hispanias portatus est: unde discedens naui:incerta moliens in mari captus. & ad Cõstantiũ comitẽ deductus. deĩde imp̃atori Honorio exhibitus. trũcata manu uitæ relictus est. Heraclianus interea Aphricæ comes missus:cũ idez Attalus ũbrã gestaret ip̃ii:Aphricã strenue aduersuz iudices ab eo missos tutatus cõsulatũ assecutus ẽ:quo elatus supcilio Sabinũ domesticũ suũ uir̃ ingenio callidũ/industriaq̃ solertez/& sapientez noĩanduz: si aĩ uires tranq̃llis studiis accõmodauisset:gener̃ allegit:cũ quo quorũdã picul or̃ suspiciones dũ patit̃ fecit. atq̃ aliquandiu Aphricana annona extra ordinem detenta ipse tandez cũ imensa certe tẽporibus nr̃is satis incredibili classe nauium

Romā contendit. Nā habuisse tunc. iiii. M. lxx. naues dicit: quem nūer; ne apud Xerxen qdē præclar; illū Persār; regē: nec Alexādrū Magnū: uel quendā aliū regū fuisse historiæ ferunt. Is simul ut cum agmie militū ad urbem pgens litore egressus est: occursu comitis Marini territus: & ī fugā uersus: arrepta naui solus Carthaginē rediit. atq ibi cōtinuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Cōstātinopoli fugit: ūde post aliquātū tēporis retractus / exilioq dānatus ē. Hūc oēz cathalogū: ut dixi: ul' maīfestor; tyrānor; ul' inobedientiū ducū optīa Honorius īpator religiōe & felicitate meruit: merito sane qa ī his diebus præcipiente Honorio & adiuuāte Cōstātio pax & unitas p uniuersaz Aphricā eccl'iæ catholicæ reddita ē. & corpus cbristi: qd' nos sumus / grata discessiōe sanatū est: īposita executiōe sancti præcepti Marcellino tribūo uiro ī primis prudenti & īdustrio: oiuzq bonor; studior; appetētissimo: quē Marinus comes apd' Carthaginez. icertū. zelo stimulatus / an auro corruptus / occidit: q cōtinuo reuocatus ex Aphrica / factusque priuatus ul' ad pœnā ul' ad pœnitentiā cōscientiæ suæ dimissus ē. Anno ab urbe cōdita. M. c. lx. viii. Cōstātius comes apud Arelatū Galliæ urbē cōsistens magna rer; gerendar; industria Gotos a Narbona expulit. atque abire ī Hispaniā coegit: interdicto præcipue atq intercluso oi conatu nauium & pegrinor; usu cōmercior;. Gotor; tūc ppl'is Attabulfus rex præerat: q post irruptionē urbis ac mortē Halarici Placidia: ut dixi: captiua / sorore īpatoris ī uxorē assūpta: Halarico ī regnū successerat. Is: ut supra auditū atq ultio exitu eius pbatū ē: satis studiose sectator pacis: militare fideliter Honorio īpatori: ac p defendenda Romana re publica īpēdere uires Gotor; uires præoptauit. Nā ego quoq ipe uir; quēdā Narbonensez illustris sub Theodosio militiæ: ēt religiosuz prudētez q / & grauē apd' Bethleē oppidū Palæstinæ beatissimo Hieronymo p'sbytero referēte audiui: se familiarissimū Attabulfo apud Narbonā fuisse. ac de eo sæpe sub testificatōe didicisse: qd' ille cū eēt aio / uiribus / igenioq nimius: referre solitus eēt: se in primis ardenter inbiasse: ut oblitterato Romāo noie Romanū oe soluz Gotor; īpiuz & faceret / & uocarz. eētq: ut uulgariter loquar: Gotia: qd' Romania fuissz. fieret nūc Attabulfus: qd' quōdā Cæsar Augustus. At: ubi m'lta experientia pbauisset: neq Gotos ullo mō parere legibus posse ppter effrenatā barbariē: neq rei publicæ īterdici leges oportere: sine qbus res publica nō ē res publica: elegisse se saltē: ut gloriā sibi de restituendo in integrū augendoq Romano noie Gotor; uiribus quæreret. haberēt q apud posteros Romanæ restitutōis auctor: postq eē nō poterat imutator. Ob hoc abstinēr a bello. ob hoc ībiare pacī nitebat: præcipue Placidiæ uxoris suæ: fœminæ sane īgenio acerrimæ & religiōe satis pbatæ ad oia bonar; ordinationū opa psuasu & cōsilio tēpatus. Cūq eidem paci petendæ atq offerendæ studiosissime īsisteret apud Barcilonē Hispaniæ urbez dolo suor; ut fert: occisus ē. Post hūc Segericus rex a Gotis creatus cuz itidez iudicio dei ad pacem pnus eēt: nihilo minus a suis interfectus ē. Deinde Vallia successit in regnuz: ad hoc electus a Gotis: ut pacez infrigeret: ad hoc ordiatus

adeo:ut pacē cōfirmaret. Hic igit̄ territus maxīe iudicio dei:qa cū magna supi ore abhinc āno Gotoꝝ manus īstructa armis nauigiisque transire in Aphricaꝫ moliret̄:ī.xii.M.passuū Gaditāi freti tēpestate correpta miserabili exitu pierat: mēor ēt illius acceptæ sub Halarico cladis:cū Goti in Siciliā transire conati in cōspectu suoꝝ miserabiliter arrepti & demersi sunt:pacē optimā cū Honorio īpatore datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidiā īpatoris sororē honorifice apd̄ se honesteq̄ habitā fr̄i reddidit. Romanæ securitati piculū suū obtulit:ut aduersuꝫ cæteras gētes:quæ p Hispāias cōsedissent:sibi pugnaret:& Romanis uīcerꝫ: q̄uis & Halanoꝝ cæteri/Vuādaloꝝ Sueuorūq̄ reges eodē nobiscum placito despecti forent:mandātes īpatori Honorio. Tu cū oībus pacē habe. oīuꝫq̄ obsides accipe. nos nobiscū cōfligimus. nobis pimus. tibi uincimus. īmortal̄ uero q̄stus erit rei publicæ tuæ:si utriq̄ peamus. Quis hæc crederet. nisi res doceret? Itaque nūc quotidie apd̄ Hispāias geri bella gētiū/& agi strages ex alterutro barbaroꝝ crebris certisque nūtiis discimus. præcipue Valliā Gotoꝝ regē īsistere patrādæ paci ferūt. Ex quo utcūq̄ cōcesserī:ut licēter christiana tēpora rep̄hēdāt̄: siqd a cōditiōe mūdi usque ad nūc simili factū felicitate doceat̄. Manifestauimus:ut arbitror: atque ostēdimus nō magis uerbo pene: quā digito īnūera bella sopita: plurīos extīctos tyrānos:cōp̄ssas/coāgustatasque/addictas/exinanitasque īmanissimas gētes minimo sanguīe nullo certamīe/ac pene sine cæde. Supē:ut obtrectatores nr̄os molitionū suaꝝ pœniteat:ueritatiq̄ erubescāt. Deū ueꝝ & solū:q pōt oīa:credāt. timeāt. diligāt. seq̄nt̄:cuius oīa & quæ mala putāt:bona eē didicerūt. Explicui adiuuāte christo scd̄ꝫ tuū præceptuꝫ beatissime pater Augustine ab initio mūdi usque ī præsentē diē: hoc ē p ānos.v.M.dc.xviii.punitiōes/& cupiditates hoīuꝫ peccatoꝝ/cōflictationes sæculi/& iudicia dei: q̄breuissime & quaꝫ simplicissime potui: christianis tamē tēporibus ꝓpter præsentē magis christi grāꝫ ab illa incredulitatis cōfusiōe discretis. Ita iam ego certo & solo:quē cōcupiscere debui:obedientiæ meæ fructu fruor. de q̄litate aūt opusculoꝝ tu uideris: q præcepisti:tibi adiudicanda:si edas:per te iudicata:si deleas.

5618

Bartholomeus paiellus/eques Vicentinus in.P.Orosium.

Vt ipse titulus margine in primo docet:
Orosio nomen mihi est.
Librariorum quicquid erroris fuit:
Exemit Aeneas mihi.
Meq̄ imprimendum tradidit non alteri
Hermanne:q̄ soli tibi.
Hermanne nomen huius artis/& decus:
Tuæq̄ laus Coloniæ.
Quodsi situm orbis:sique nostra ad tempora
Ab orbis ipsa origine
Quisq̄ tumultus/bellaq̄/& cædes uelit
Cladesq̄ nosse:me legat.

Orosius gepl. geht bis 4,6

7,1 Com. Tacitus
6,19 Christi geburt
6,13 armaria librorum in templis
6,10 süszes wasser der freiheit
galli germanique 5,24.
Cimbri et Teutones 5,15. bojorix. cesorix (reges) ibid
ub gentes Germaniae Galliaeque 6,7. (hyl. Jul. Caes. 1,51.52) 6,20
marcomani, wandali, suevi pp 7,9. qualli f. quadi, vie 7,15.
germani, alemanni, quadi, gothi. 7,15. carpi basternae 7,16
vacaudae (bagaudae) 7,16 franci et saxones ad oceani litora. 7,16
burgund. nomen. athanaricus rex gothorum. burgundii. franci. saxones. 7,19.
nomen burgundionum explicatur 7,19. gotorum fortissimae et copiosissimae gentes,
mores probi placidique burgundionum. 7,19
hunni. goti. 7,19. cur gothi arriani facti sint. ibid
arbogastes 7,21.22 getae = goti 1,16
concursatio gotorum 3,19.
versus poëtae pagani 7,23. Diurpaneus 7,7
gildo. maszezel 7,24
halaricus. sauli. 7,25
rhedagaisus 7,26. uldinus et sarus 7,26
stilico 7,27. de vasis S. Petri 7,28 attahulfus ibid u. 29.
segericus. vallia. 7,29

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inw. 256